



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

**R. P. Emanvelis De Naxera Toletani, E Societate Iesv,
Sacrarvm Litterarvm Interpretis, Regiiqve Concionatoris.
Excvsus Morales In Librum primum Regum**


**Nájera, Manuel de
Lvgdvni, MDCLXXII**

Capvt XXIII.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-80101](https://nbn-resolving.de/urn:nbn:de:hbz:466:1-80101)

tunc iniquitatis emporium appellant sanctam, & sibi ipsis mirandis virtutibus exploitis attribuant aduersam eius fortunam. Inuit Theodor. apud Gloss. Cum multi effemini secundum pollicitationem, propter peccata nostra ad paucitatem redacti sumus. In aula oratione intenti, inter delicias iejuni, inter

idololatras religiosi, inter flamas puri humili-
ter confunduntur, & quam Hierusalem patieba-
tur, calamitatem sui causa accidisse & existimant,
& deplorant. Mos namque est sanctissimi viri
suis culpis ascribere, si alios videant fortuna
amarissima diuexari.



CAPVT XXIII.



Tannuntiauerunt David, dicentes: Ecce Philistium oppugnant Ceilam, & diripiunt areas: 2. Consuluit ergo David Dominum, dicens: Num vadam, & percutiam Philisteos istos? Et ait Dominus ad David: Vade, & percuties Philisteos, & Ceilam saluabis: 3. Et dixerunt viri, qui erant cum David, ad eum: Ecce nos hic in Iudea consistentes, timemus: quanquam si ierimus in Ceilam aduersum agmina Philistinorum: 4. Rursum ergo David consuluit Dominum. Qui respondens, ait ei: Surge, & vade in Ceilam: ego enim tradam Philisteos in manu tua: 5. Abiit ergo David, & viri eius in Ceilam, & pugnauit aduersum Philisteos, & abegit iumenta eorum, & percussit eos plaga magna: & saluavit David habitatores Ceile: 6. Porro eo tempore, quo fugiebat Abiathar filius Achimelech ad David in Ceilam, Ephod secum habens descendebat: 7. Nuntiatum est autem Sauli, quod venisset David in Ceilam: & ait Saul: Tradidit cum Deus in manus meas, conclususque est, introgressus urbem, in qua porte, & sera sunt: 8. Et praecepit Saul omni populo, ut ad pugnam desenderet in Ceilam: & obsteret David, & viros eius: 9. Quod cum David rescisset, quia prepararet ei Saul clamalum, dixit ad Abiathar sacerdotem: Applica Ephod: 10. Et ait David: Domine Deus Israël, audiuit famam seruus tuus, quod disponat Saul venire in Ceilam, ut euerat urbem propter me: 11. Si tradent me viri Ceile in manus eius? Et si descendet Saul, sicut audiuit seruus tuus? Dominus Deus Israël indica seruo tuo. Et ait Dominus: Descendet: 12. Dixitque David: si tradent me viri Ceile, & viros, qui sunt mecum, in manus Saul: Et dixit Dominus: Tradent: 13. Surrexit ergo David, & viri eius quasi sexcenti, & egressi de Ceila, huc atque illuc vagabantur incerti: nuntiatumque est Sauli, quod fugisset David de Ceila, & saluatus esset: Quamobrem diffusulauit exire: 14. Morabatur autem David in deserto in locis firmis-
simis, mansaque in monte solitudinis Ziph, in monte opaco; quærebat eum tamen Saul cunctis diebus: & non tradidit eum Deus in manus eius: 15. Et vidit David, quod egressus esset Saul, ut quereret animam eius. Porro David erat in deserto Ziph in sylua: 16. Et surrexit Ionathas filius Saul, & abiit ad David in syluam, & confortauit manus eius in Deo: dixitque ei: 17. Ne timeas, neque enim inueniet te manus Saul patris mei, & tu regnabis super Israël, & ego ero tibi secundus sed & Saul pater meus fecit hoc: 18. Percussit ergo uesterque fædus coram Domino, mansaque David in sylua: Ionathas autem reuersus est in domum suam: 19. Ascenderunt autem Ziph et ad Saul in Gabaa, dicentes: Nonne ecce David latitat apud nos in locis tutissimis sylue in colle Hachila, quæ est ad dexteram deserti: 20. Nunc ergo, sicut desiderauit anima tua, ut descenderes, descende: nostrum autem erit, ut tradamus eum in manus Regis: 21. Dixitque Saul: Benedic vos à Domino, quia doluistis vicem meam: 22. Abite ergo, oro, & diligenter preparate, & curiosius agite, & considerate locum, ubi sit pes eius, vel quis viderit eum ibi: recognitat enim de me, quod callide insidier et: 23. Considerate, & videte omnia la-
tibula eius, in quibus absconditur: & reuertimini ad me ad rem certam, ut vadam vo-
biscum, quod si etiam in terram se abstrusorit, persecutabor eum in cunctis millibus Iu-
da: 24. At illi surgentes abierunt in Ziph ante Saul: David autem, & viri eius erant in
deserto Maon, in campestribus ad dexteram Iesimon: 25. Iuit ergo Saul, & socii eius
ad querendum eum: & nuntiatum est David, statimque descendit ad petram; & verfa-
batur in deserto Maon; quod cum audisset Saul, persecutus est David in deserto Maon:
26. Et ibat Saul ad latus montis ex parte una: David autem, & viri eius erant in
laterè montis ex parte altera: Porro David desperabat se posse euadere à facie Saul:
Itaque Saul: & viri eius in modum coronæ cingebant David & viros eius; ut caperent

605

eos : 27. Et nuntius venit ad Saul , dicens : Festina , & veni , quoniam infuderunt se Philistium super terram : 28. Reuersus est ergo Saul desistens persequi David , & perexit in occursum Philistinorum : propter hoc vocauerunt locum illum , Petram diuidentem.

T E X T V S .

V E R S . I. Et annuntiauerunt Dauid,
dientes : Ecce Philistium oppu-
gnant Ceilam , & diripiunt areas.

§. I.

*Principia demonis cura est homines calostri
pame priuare , quo facilius possit
subruere.*

Eucharis-
tia.
Damon.

Milites, qui ad Martia dicantur bella, competenti nutriri debent amnona ; nec enim possunt alacriter certaminibus incumbere , si confest famis morbus adurgeri. *Nec possessor dispendia* (aiebat Caiusdorus 12. variar. 5.) *nec exercitus laborans sustinere possit inopiam.* Si inopia vires militantium encuet , holtis sine magno labore triumphos acquireret. Hinc est , quod d̄emon , cūm eccl̄est̄ panem roboris agnoscat fomentum , & ingens ad decertandum subsidium , nihil studiosius curet , quād fame animas debilitare , quo facilius possit sub ingum mittere. Philistium non mēnia subruere , non accerrimo ariete muros laborant impetrere , sed pr̄cipuum eorum studium est , quo validius opugnent Ceilam , frumento nudare aream : *Et annuntiauerunt David , dientes : Ecce Philistium oppugnant Ceilam , & diripiunt areas , id est , diripiunt de areas collectas fruges.* Ita Hugo Cardinalis : *Pater , quod David semper fuit sollicitus de salute populi. Diripiunt areas , id est , annonam de areas , vel segetes deuastant.* Si annona Ceilani careant facile aduersarii cedent , nec quibunt arma tractare , si eguerint frumento , quo vires possint reficeri : ergo prima Philistinorum solertia , & sagax astutia fuit areas diripere , quo facillimē Ceilanis possent euertere. Iofas cōdem tempore Phasē celebrat agnum mac̄ans , & lucos succedit , arafque idolorum prorūs euerit : *Occidit uniuersos sacerdotes excelsorum , qui erant ibi super altaria , & combusſit offa humana super ea , reuerſusque est Hierusalem , & praecepit omni populo dicens : Facite Phasē Domino Deo vestro.* Dum Phasē non celebrabatur , densis arboribus luci cœli impeditant prospectum , & idola inter densas lucorum caligines obtinebant dominium ; at vbi agnus iam editur , quidquid erat demonis dissipatur. Notauit Tilmannus in *Allegor. ad hunc locum : succidit lucos : lucos succidere , & replere ossibus mortuorum , est vita secularis delicias exterminare per memoriam mortis. Iofas facturus Phasē purgauit terram , & templum , & eiecit figuræ idolorum.* Itaque agnus fuit lucorum incendium , fatale idolorum excidium , & populus sacro epulo pastus infamem illam idolorum seruitutem depulit , & se felici libertati restituit : ergo , cūm vel Eucharistia vmbra hominibus indat animos , & demonis euerat dolos , nihil mirum si primū fuerit Philistinorum studium ex areas frumentum diripere , vt Ceilam possent facilimē expugnare. *Diripiunt (inquit Glossa Moralis) id est , rapiunt alimenta de areas ,*

4. Reg. 13.
v. 20.

per qua significantur verba diuina , & Eucharis-
tia sacramentum , quibus fideles spiritualiter refi-
ciuntur.

§. II.

*Dei auxilium semper est promptum , auxi-
lium creaturarum frequenter
est tardum.*

Pvtas aliquem supra fortunam , nisi à Deo ad-
iūtum exurgere ? Ille dat confilia recta , &
salubria , ille in opportunitate conferit suppetias ,
ille praefentaneas afferit afflictis , & laborantibus
operas. *Non sunt* (aiebat Seneca epist. 1.) *ad colum elevandæ manus , nec exorundans aditus , vi non
ad aures simulacri , quasi magis exandari possumus ,
admittat : prop̄ est à te Deus , tecum est , intus est .* Stultum prorsus est audītū gratiam sibi muneri-
bus conciliare , reuerentiam simulari pendere ,
à quibus nullum subsidium , & cum quibus ma-
gnū dispendium. Prop̄ est Deus , quem si , vt
debet , colas , tibi opportūnum praefabit auxilium ,
& impertiet laboranti solatium. Hanc veritatem
Ceilani vtiliter praccalluerunt ; nam cūm Phi-
listini dura cingerent obſidione , & copia aduerſariorum premerentur illūtū , non ad Sa-
lem conſugerunt , sed ad Dauidem , vt ſuppetias
ferret , inuolarunt : *Annuntiauerunt David , dientes : Ecce Philistium oppugnat Ceilam .* Suis
fuit afflictionem denuntiari , vt Dauid adhuc-
tū ſuccurrere ; effet namque à viro ingenuo ,
pioque alienum , si , cūm polet , vicinis ac cognati
magna afflictione preffis non ſubueniret , &
suppetias degenaret. Abulensis querit , cur ſpes
in Dauidē collocauit , nec ad Saalem , qui inſer-
uebant , recurrerint ? *Quare aliquis* (ait q. 3.)
*quare viri Ceila non vocauerunt Regem ſuum Sa-
lem , vt eriperet eos ?* Iam responderet : *Aliqui na-
ſpondebit , quod crediderunt , quod forte ſan uia
pugnare contra Philistinos pro illis , id est oratione
Dauid .* Preces ad Dauid agnoverunt non fuit
irritas , ad Saalem timuerunt vacuas : ergo
luerunt ſecura deſpicere , ambigia querere.
Aliam afferit etiam rationem Toffatus : *Non pro-
ſiciebat , quod Ceilani vocarent Saalem , quia ſi Sa-
lentū effet ad defendendum Ceilam , primū
congregaret exercitum , quem dum ipſe congre-
garet , recederent Philistini .* Iuerunt ergo ad
Dauid , quia ipſe manebat apud Ceilam . Dauid
Christi perlomen gerens era prop̄ ſan di-
ſtantis : ergo dum Saul exercitum cogit , dum aies
inſtruit inimici potuerunt triumphum , & adven-
tabit auxilium tardum : ergo ſua prudentia edo-
cuerunt , afflictis tardè à creatura auxilium prone-
nire , à Deo ex promptissimum emanare. O quo-
ties poſt dilata ſpe tormenta , poſt impenſias non
modicas inuenierunt in creaturis auxilium mul-
lum , aut tardum , qui ſi ad Deum accedent , &
deuoto corde inclamarent exhortum innen-
tent ſolatium ; & periculis opportunum auxi-
lium . Ceilani Philistinorum , hoc eft , demou-
num vota fruſtarunt , quia primō , & ex corde
ad Dauidem accurrerunt .

TEXTVS.

T E X T V S . "

V E R S . II . Consuluit ergo David Dominum , dicens : Num vadam , & percutiam Philisthaeos istos ? Et ait Dominus ad David : Vade , & percuties Philisthaeos , & Ceilam salvabis .

S. III.

Oratione debet premuniri , qui adsultus demonum cupit repellere .

Oratio.
Testatio.

ORatio est opulentum armamentarium , unde comparamus arma , quibus aduersarij frustremus vota . Qui periculosos dæmonum discipit repellere adulsus , oratione incitat armatus : oranti Deus salubria inspirat consilia , & contra iniulos hostes validissima ministrit jacula . *Omnipotens oratio* (aiebat Theodoretus in histor . Relig .) *cum sit una , omnia potest* . Hinc est , quod David , cum Philisthiū repetitis adulibus Ceilam premerent , configit ad orationem , Deumque consuluit : *Consuluit ergo David Dominum* . Nondum contra hostes arriperat arma , & jam ei oratio præbet trophae : *Percuties Philisthaeos , & Ceilam salvabis* . Quād erat Philisthaeos extialis oratio ; quandoquidem qui Ceilam sibi promittebant euertere , indecorè compulsi sunt auolare . Prodest Theodoretus apud Glossam : *Dinisa scriptura ostendit Davidis pietatem . Semper enim Deum sc̄iscitans , & aciem ins̄truebat , & quiescebat* . Vbi Deo acceſſit , eius voluntatem prænouit , inopinamque dæmoni ruinam , & Ceilani atq; opportunitam victoriam . Audebat leo contra Davidem tobore eximio præditum insurgere , ouenque rapere ; orante vero Philisthaeos extinxit , & terga verit . Adde , aliquando , quod omnipotentia est , orationi adscribi , & eius valentiam prodi . Gerasenos Christus Dominus adit , ut , quam fuerat naetus violenter , prædam dæmon relinquit : *Exi spiritu imminde , ab homine* . Ut à Chananea filia impuratum depellat spiritum , ad eius domum non tendit , sed matri curationem committit : *Fiat tibi sicut vis* . Inquires , cur matris voluntati committat dæmonem abigere , aut cur Gerasenis non committat depellere ? Quia matris oratio , inquit Origenes in Catena , omnipotentiam emulatur , & ad dæmonem depellendum efficaciam fortitor . Vbi supplex non audiebatur oratio , sua præsentia Christus dæmon & torſit , & depulit , ait vbi oratio adiuit , ei curationem committit : *Clamabat , dicens ei , Misere mei , Domine , fili Æ David* . Contra dæmonem oratio pugnat : ergo Dominus , vt eius efficaciam commendet , quod apud Gerasenos sua præsætia efficit , precibus fieri voluit . *Inexpersum negotium petis* (inquit Origenes in Catena) *& lamenum suum producit in clamorem* . Orationis clamor erat dæmoni sevus dolor , & pro voluntate pellebatur orantis : *Fiat tibi sicut vis* , qui omnipotentiam reuerterit est jubentis , vt constet de dæmonie orationem reportare triumphum , & salutis afferre augmentum .

§. IV.
Ita proximis est exhibendum auxilium , ut virtutis non patiaris detrimentum .

Charitas eximia effulget pietate , alienis pe-

*Proximus .
Auxilium .
Detimentum .*

triculis adurgetur , & ærumnis diuexatur ; eius oculi misericordia pleni non patiuntur tristes vultus ad picere , immo internis manuē doloris flammis astuare , quam anxiōs gemitus miserorum audiare . *Magna est quolibet tempore* (aiebat Cassiodorus 12. var. 10.) *monstrata de-*
notio , sed tunc acceptior redditur , quando necessaria plus habetur . Cum granior dolor miseri depascit viscera , gravior tunc succurrat medela , & dum tristia sustinentur dispendia , opportuna plus estimantur auxilia . Ceilani , qui amenis , spacioſique campis finebantur , ipsa frugum copia Philistinorum rapacem famam vocarunt , qui dum tædia agriculturæ refugiunt , alienis dilectæ fudoris ambiant : ergo dum inimici fecundis se campis infundunt , Ceilani solicitude ne anxijs , anxietate solliciti à Davide supprias petunt : *Annumitauerunt David , dicentes : Ecce Philistini oppugnant Ceilam , & diripiunt areas* . Quid time David ? Ad Dominū confugit , & quid è re sit opportunius , requirit : *Consuluit ergo David Dominū , dicens : Num vadam , & percutias Philisthaeos istos ?* Et quid opus consultatione , quando Ceilanorum labor adurget charitatem , & vocabat celerrimam compassionem ? David pietate radiabat , sed prudentia etiam fulgebat . Ceilanorum afflictio urgebat misericordiæ , sed proprium periculum confulebat prudentiam , ne , dum alii impertitur auxilium , sustineat ipse grauissimum detrimentum , & fiat ipse Philistinorū hoc est , dæmonum præda , dum inconsulta mouetur misericordia . Opportune Abulensis q. 5 . *David consuluit hic Domini propter duo . Primo , propter magnitudinem periculi , cui se exponebat , volendo pugnare cōtra Philistinos . Dolebat afflictoriū dānum , sed cognoscet afflitione immixtum sibi detrimentum : ergo cōsuluit Dominū , ne ipse incurrat majorē calamitatem , dum alienam depellere admittit afflitionem . Suis nos gestis erudiens ita proximorum miseriis attendendum , vt nihil Philisthæo , hoc est , dæmoni in te liceat , esset namq; stultum anima subire detrimentum , vt alteri incommodis laboranti exhiberis solatum . Hædos à lupinis rictib; eripere , & salubribus alimentis pacere monebatur sponsa : Egedere , & abi : post vestigia gregum , & pæſe hædos tuos iuxta tabernacula pa-*

Cant. 1. v. 7.

*storū . Ut laboris defatigationem melliat , & omnem timorem sopiat , adjecit sponsus : Equitatui meo in curribus Pharonis affimauit te . Itaq; equitatus induit similitudinem , vt campis exercantes hædos pacferet , & iuxta paſtorum tabernacula gerit curam , & hædorum agit tutelam : Iuxta tabernacula paſtorum . Ambrosius hic in Collectis ait assimilari equitatui idem esse , quod Apostolicam virtutem induere , & in se Christū semper circumferre : *Huius equæ similiſt estimatur hac anima , hoc est Prophætica , vel Apostolica virtus* . Præmisserat : Egedere , & abi : exi quasi exuta vinculis pedem , & mundo exerta vestigio , vt carnalia integrumeta non sensias vestigij mentis tua corporalia vincula non implicent , vt pes tuus speciosus apparet . Bonum erat hædos pacferre , & eorum pecculantiam reprimere , sed Christum sessorem circumferre , & pedem nullis maculis fordiando . Ut auditus equitatui assimilati , anfa est ad paſcedos petulcos exire . Et fortassis ob id Dominus suos instruens , aiebat : *Vos estis lux mundi* .*

Matth. 5. v. 14.

K k Nani

Eman. de Naxera in Reg. Tom. II.

Nam vt sol cœlo hæret, cùm ad depellendas mundi tenebras radios emitit; sic qui hominum caliginem vult abigere, tenetur in cœlestibus habitare. Audi Senecam epist. 41. [Radij solis contingunt quidem terram, sed ibi sunt, vnde mittuntur: si animus magnus, & sacer, & in hoc demissus, vt proprias diuinæ nossemus, conuersatur quidem nobiscum, sed hæret origini sue. Illinc pendet, illuc spectat, ac nititur, nostris tanquam melior interest.] Sol optima subuenienti præber exempla, dum cœlo resider, & radios ad terram mittit: ergo David solem imitatus impendere non recusat auxilium, sed ita, vt Dōmino adhæreat, & omne peccatum fugiat.

TEXTVS.

VERS. III. Et dixerunt viri, qui erant cum Dauid, ad eum: Ecce nos hic in Iudea consistentes timemus: quantò magis si jerimus in Ceilam aduersum agmina Philistinorum.

§. V.

Animus vera in Deum confidentia obarmatus nec periculis deterretur, nec humanis persuasionibus reuocatur.

Confidentia. Periculum. Persuasio. Sæpè qui ardua virtutis sestatuer opera, & laborantibus proximis admittitur ferre auxilia, humanis difficultibus deterretur, & ne decreta perficiat, amicorum persuasionibus renocatur: verū tunc inconculsa in Domino fiducia perstat, & se honestissimè industrat. Fertur apud Græcos (aiebat Philo lib. 1. de Præmis) antiquum illum Triptolemum sublimem veltum alatis draconibus fringes in uniuersam terram seminasse, vt pro eis glandium alimenta mitiora genus humanum capesceret. Porcorum cibo homines alebantur, sed Triptolemus eorum sortem miseratus nobiliori cibo eos vti desiderauit; cùmque opus esset alatis draconibus equitare, vt fecundæ posset semina telluri committere, eis vñus est, & honestus zelus, quo detergere videbantur, & vicit, & subegit, ac tandem venena conuersa sunt in auxilia. Memoriam subit sanctissimus noster Xauerius, qui, cùm ad Mauri insulam pergere decreuisset, vt gentes illas ferarum more viuentes Euangelij luce mansuefaceret, repetitis amicorum persuasionibus passus non est detiniri; allegabat illic medicatis venenis citè conficiendum, & repetitis jaculorum iætibus vita mulctandum. Ille vèrò aiebat: *In Domino confido.* Quia fiducia obarmatus gentes edomnit, & Euangelij imperio subjugavit. In praesentiarum etiam Dauid, cùm à Ceilanorum cervicibus Philistinorum, hoc est, dæmonum jugum auertere conaretur, efficacibus, validis que tuorum argumentis circumvenit. Objiciebant Philistinorum multititudinem, Saulis insidias, & iter illud non Ceilanis affere remedium, sed contra Dauidem maturare periculum: *Ecce nos hic in Iudea consistentes timemus, quantò magis si jerimus in Ceilam aduersum agmina Philistinorum.* Ast Dauid, vt qui in Domino confidet, & virtutis causam ageret, nec periculis est deterritus, nec allegatis ab amicis rationibus per-

suetus, iniuit pugnam, & triumphalem arripit palmarum. Prodest noster Sancius: *Cùm ea affir. masser animum, et suppetia ferret laboranti populo, obrendebant socij rem esse minus ex suo, atq; iuoran, vñs, sì in urbem Palestine proximam proficerentur, cùm in Iudea vix: se tutè communire possem.* Quæ à sociis allata, vel flectere contentia possent; verū Dauid, vt qui coelestibus confidebat auxiliis, constanter est prosecutus bene decreta, & miranda resplendit coronatus victoria. Huc voco, quod aiebat Philo jam datus: [Præmium accepit certam in Deo fiduciam, ei vèrò qui ingenio tam felici perditus fuerat, vt le ipso magistro virtutem prædiceret, præmium obtigit gaudiū. At illi meditatori conatu magno, ac pertinaci virtutem assequito videre Deum fuit optime præmium palmarium, ea fiducia, letitia, perpetua cum visione Dei conjuncta: quid cogitari potest in vita vñilis, aut honestius?] Perdix, rationabilisque fiducia Ceilanos eripuit, & Philistinos abegit. *In Domino confido (aiebat Pſaltes) quoniam dicitis anima mea: Transmigra in noctem filiæ, sicut passer? quoniam ecce peccates intenderem arcum, parauerunt sagittas suas in pharetra. Antīc, Dauidisque familiares celarem confitebant sagam, vt intentum jam contra ipsum arcum, & paratas sagittas prouidus declinare; ipse vèrò in Deo innuictam confidentiam oposuit, & omnia pericula elutus. Opponere Euthymius hic: [Suadebant ei benevoli ipsius, vt ad montes potius pertransiret, tamen illic cum futuri esse asseuerantes. Huiusmodi igitur amicos tanquam non rectè suadentes accusat preleni Plammo. Ego, inquit, confido in Domino, & omne aliud auxilium respui.] Hac munitus fiducia vietricem affecitus est palnam, eoque edocit in Deo religiosam confidentiam esse inuiditatem atmaturam.*

TEXTVS.

VERS. IV. Rursum ergo Dauid consuluit Dominum, qui respondens ei: surge, & vade in Ceilam: ego enim tradam Philisthaos in manus tua.

§. VI.

Multorum in contrarium iudicia te mandabunt ab honestate auertere, sed prædicia suadet rem maturius præmitari, & attentiori solicitudine expondere,

VT damnabilis est pertinax duritas, si magni cogitationis laudabilis pertinacia. Non repudit prudens, præ-
cipue si multorum confilia, sed rationabilis tristitia eorum rationes expedit, & quod honestus, examinit: si semel decretum rationi immixta consonum, terroribus spretis absoluere, & virtuti tenaciter adhaerebit. *Conscientia recta* (aiebat Caffiodorus 12. variar. 17.) via publica temeritatem inquirit, laboris ratio non granular, & cùm diversi gratanter inquirat, laboris ratio non granular, & qui via sua occulit, conscientiam prodit. Decerat David opem Ceilanis ferre, confiditum sum militibus prodit; illi vèrò humana ratione temeriti, plures objecerunt rationes, que cùd tendebant, vt sententiam retractaret: *Ecce nos hic in lu-*

deas consilientes timemus, quanquam magis, si ierimus in Ceilam aduersum agmina Philistheos? Non ignorabat David cœlesti luce illustratus consilium suum ex vñ futurum; verum ne videatur semel decretis pertinaciter inhærente, & tot consilia despiciere, ad Denim iterum recurrit, & sincero animo consulit: *Rursum ergo David consuluit Dominum.* Abulensis quest. 6. inquirit, cur iterum Oraculum consuluerit, cum reportandam victoriam non ignorauerit? respondetque consuluisse non incredulum, sed prouidum, ne videetur suorum consilia spēnere, si iterum nolet ab eis obiecta profunda meditatione penitare. Abulensis verba sunt: *Quiescuit secundo non propter se, sed propter suos.* Adnequit: *Putabant, quid consilio humano descendenter in Ceilam,* & idē recusabant illuc ire. Iterum rem penitans pertinacis à se amouit notam, & persuasionibus amicorum non cedens obtinuit palam: in vitroque nos edocens, fixè honestatem sequendam, & omnino pertinacie opinionem animitus euitandam. Decernerat Christus Hierosolymam adire, discipulis

Matth. 16. patefecit: *Cœpit Iesus offendere discipulis suis, quia oportebat eum ire Hierosolymam, & multa pati.*

Petrus, qui omnium os erat, adnūs est ab eis consilii auertere, vt qui captiosas Pharisaeorum infidias non poterat ignorare: *Absit à te, Domine, non erit tibi hoc. Quid tunc Dominus?* Petrum in montem ducit, & cum Moyse, Eliaque de eadem re colloquens deterrit uilitatem ostendit: *Dicebant excessum eius, quem completerus erat in Hierusalem.* Et quid opus erat iterum de hac re agere, & Petrum iterum admonere? Quia solebat (inquit Chrysostomus in Caten. Dini Thoma ad Luc. 9.) *Apóstolos ad regimen instruere, & vitissimam regulam tradere.* Verba Chrysostomi sunt: *Inducit eos, ut ostendat crucis gloriam ad confolandum Petrum, & alios passionem timentes.* Non erat opus Christo iterum de hac re agere, vt qui patris sapientia: verum quia Petrus difficultates opproberat; iterum de hac materia cum Moyse, Eliaque egit, vt prudentia formam discipulis traderet, ob contrariaque amicorum consilia recte de cœlum non reuocanda edoceret; & iterum de hac re egit, vt propria sententia nimia tenacitate non adhærendum suis nos exemplis uiliter eruditire.

§. VII.

Iterata erga arduum négotium consultatio clariorem lucem solet afferre, & animum confirmare.

Consulere.
Lux,

Ardua negotia fidelis prudentiae tritina debent expendi, ne inopinè difficultates contingat emergere, & de cœlum mediis in conatus retrahere, eti diligentia examine semel decretum videatur disculsum, non offici iterum in examen renuocare, nam tunc aut clarior lux confirmat animum, aut omne depellit dubitationis ambiguum. *Ad finem debet perducere* (aiebat Cassiodorus 4. variar. 31.) *qua prudenter intentio visa est suscepisse;* quia sicut persæla landem parium, ita & virtus operationem generant, *qua in mediis conatus aga deferuntur.* Defelius enim rerum aut consilium titubare, aut vires argut defuisse. Quæ prudens suscepit in Eman. de Naxera in Reg. Tom. II.

tentio, debent perfici, sed junct sàpè iterata meditatione pentari. David prudenter decreuerat Ceilanis opem ferre, sed nihilominus iterum Denim consulit, & difficultates expendit: *Rursum ergo David consuluit Dominum.* Idem audiuit, sed clarus. Ei responderat oraculum prius: *Percuties Philistheos, & Ceilam saluabis.* Modò ait: *Ego tradam Philistheos in manu tua.* Qui anteā solùm percutiendi, clarus modò referuntur subjugandi; & quamvis nihil secunda consultatione fuerit adjectum, fuit apertius explicatum. Notauit Abulensis quest. 6. Iterum respondit, clarus indicans, quid daturus esset ei victoriam. Addit: *Decuit, quid secundò consuluerit.* Itaque dum iterum cum Deo eandem rem tractat, clarus agnoscit se reportaturum victoriam, & quamvis Danid nulla titubarit difficultia, repetita consultatione viuiderit resplicantur fiducia, & nobis utilis exhibita est norma. In negotiis scilicet magni momenti oportere semel, & iterum diuinam lucem implorare, & repetita oratione acquirere. Hoc ipso in capite cum David fama increbreſcente audiret, quid Saul exercitum intrueret, vt enim caperet, Deum consuluit: *Domine Deus Israel, audiuit famam seruus tuus, quid disponat Saul venire in Ceilam;* vt euertat urbem propter me. Oraculum confutum clarè respondit Saulem aduenturum: *Et ait Dominus: Descenderet.* Hac cœlesti luce accepta iterum Deum consuluit: *Si tradent me viri Ceile, & viros, qui sum mecum, in manus Saul?* Hac in secunda consultatione clarus agnoscit se, suoque a Ceilanis prodendos: *Et dixit Dominus: Tradent.* Ceilanorum ingratissimos fore adeò clarè non prenouisset, ni Denim iterum consultasset. Notauit Abulensis quest. 13. *Hic ponit iterum questionem, quam iam posuerat: sed quia Deus iam respondit ad illam, repetit eam: si tradent me viri Ceile.* Prius sati audiuist, vt te tueretur, sed postea apertius, & clarus. Prodest namque iterata consultatio ad clariorē lucem, & ad firmandam prius agnitionem veritatem.

TEXTVS.

VERS. V Abiit ergo David, & viri eius in Ceilam, & pugnauit aduersum Philistheos, & abegit jumenta eorum, & percussit eos plaga magna, & saluavit David habitatores Ceilæ.

§. VIII.

Parum iuuat veritatem agnoscere, ni adnotariis implere.

Notitia veritatis est salutis principium. Quid *Veritas.* Enim melius, quam ea præcallere, quæ ad salutem possunt conducere. Ignorantia, dum, quid expediat, non nouit, multis sàpè se difficultatibus irretiuit: verum quam ignorantia excusationem potest pretendere, nequit notitia sortiri; vnde grauiori tenentur reatu, qui prædicti salubri notitia, otiosa torpescit ignavia. *Definitam rem* (aiebat Cassiodorus 4. variar. 17.) *ab antiquo Rege,* quam tamen constat rationabiliter esse decretam,

Kk 2 nullus

nulla voluntus ambiguitate turbare , quia decet firmum esse , quod commendatur probabili iussione . Quid junas rationabili edicto recti notitiam inderet , si aut torpor parere differat , aut improbitas temerarii ausibus repugnare contentat . Vietrici non coronatur palma , qui facienda agnoscit , sed qui operibus agnita impleuit . Hinc est , quod David , ut ab oraculo audiuit oportere Ceilani open ferre , hostesque abigere , executioni mandauit , & quia mandauit , triumphum accepit : *Abit ergo David , & vix eius in Ceilam , & pugnauit adversum Philisthos , & abegit iumenta eorum , & percutit eos ploga maga . Nil prodesset scire assequendam victoriam , si certamina detrectasset , aut profilire in campum distulisset . Triumphali palma redimitus est , quia , quae cognouit , perfecit . Notauit noster Sancius : Cun didicissem fore , ut Palestiniorum agmina subigeret , deleretque , statim e se magis itineribus contulit , perfecitque quod ex oraculo futurum esse cognoverat . Vbi notitia cum actione concordauit , victoriam obtinuit , & oraculum honorauit . Magi , Herodesque Christum Dominum aduentasse cognoscunt ; Magi eloquenti didicierunt stella ; Herodes accepta a Magis , sacerdotibusque notitia , & tamen Herodes notitia fructu priuatur , Magus vberem fructum fortuit : *Inuenies dominum inuenientem puerum cum Maria matre eius . Ecqua discriminis causa ? Quia Herodes Magos comitari distulit otiosa ignania , Magus quesiuit solertissima diligentia ; quia Magus felix , infelix notitia Herodes . Quia Magus , quod agnouit , opere impleuit , Herodes distulit , immo ad insidias convertit . Notauit Chrysologus serm . 156 . sic deposito errore sequitur , currit , peruenit , innenit , gaudet , procidit , adorat . Dum stellae sequitur Magus ductum , peruenit ad gaudium , & dum Herodes notitiam adulterat , aeternum sibi maturat lucentum , quia non verbi auditores , sed factores justificantur , & palmam feliciter allequuntur .**

March. 2.
v. 11.

TEXTVS.

VERS. VI. Porro eo tempore , quo fugiebat Abiathar filius Achimelech ad David in Ceilam , ephod secum habens descendebat .

§. IX.

Magnus tibi perueniet lucrum , si benignè exceperis miserum .

Eleemosyna . In lucrum cedunt (siebat Cassiodorus 4 . var . Iriar . 24 .) qua benemeritis conceduntur , & de ipso munere magis acquiruntur , cum optimis dignis præstantur . Que misericorditer misero , pauperique honeste præstantur , laudabili lucro adaugentur . Negotatio est pauperem excipere , & miserum confouere . Abiathar ad David peruenit anxius , quia à Saul ad mortem queritus : David benignè exceptit , & licet fatis angustè tunc viueret , generosa liberalitate pauit : Mane mecum , ne siueas . Quan-

Sup. cap.
22. v. 23.

ta Dani di hinc exorta commoda , scriptura non tacnit : Ephod secum habens descendebat . Secum sacerdos ephod attulerat , siveque David prænoscere potuit Saulis studia , & Ceilanorum insidiosissima obsequia . Negotatio fuit ea humana , quandoquidem David matura le fuga præripuit , & hostiles dolos evasit : *Dixit ad Abiathar Sacerdotem : Applica ephod . Ni Abiathar cum ephod adueneret , David per ephod , que præcivit , non agnoscet , & forte , ni agnoscet , captus lugeret , aut occisus disperiret ; secum ephod afferens sacerdos auertit à Davide , quod imminebat , periculum , & magnum pro hospito reddit pretium : quod afflito exhibuit foliatum , Davide extitit tutamentum , & lucrum . Inquit Lira : Fugiens ad David , secum appertauerat ephod , que est vestis summi sacerdotis , in qua erat rationale indicu , in quo appareret responso Domini . Per Abiathar , cuius David militiam leuaret , consueta oracula lucem impertiu ad discrimina vitanda , & dolosa Saulis machinamenta eludenda . Sapientem ob pauprem benignè exceptum , ob foliatum armenio exhibuit à Deo homo lucem accepit , qua hostiles eludat insidias , & quas disponebat hostis , prenoticat technas . Vbi Saepatana vidua exceptit Eliam , farina est aucta , & filij mors est depulsa : ibi primum legitur mors imperio suo dispoliata , vbi Dei servus elemosyna præstata . Sponsa dilecti sui pulchritudinem depingens , aiebat : *Come un fuit clati Cat. palmarum , nigra quasi cornu : oculi eius fuscis . lumbus super rinnulos aquarum , que latè sunt late , & resident inusta fluens plenissima . Comes Eliam pauit : ergo que refert corum palcentem , refert palmarum longa vita viva , & crispatibus ramis præcessam . Audi Calidorum huc apud nostrum Delrium : Palmarum rami productiores , & excellenter inter se meroi coloris crissantes , & semper ad excelsum tendentes , & nunquam virorem suum evanescentes . Palma vita longa , triumphorum iudeas , celestia petens : columba plenissimis fluentis vultur , & quò præmatre periculum effugia , vibrans insidiantis accipitris intuetur . Itaque pulcenti corvo adjungitur , & trophaeum acceptum & periculum effugiat . Vt in Davide cum eneuato appetat , qui per sacerdotem benignè exceptum reddito oraculo Saulis effugia , & accepit de Philistinis victoriam .**

TEXTVS.

VERS. VII. Nuntiatum est autem Sauli , quod venisset David in Ceilam . Et ait Saul : Tradidit eum Deus in manus meas , conclususque est , introgressus urbem , in qua portæ , & seræ sunt .

S. X.

Peccatores, quod à Deo est, demoni solent applicare, & quod à diabolo, Deo adscribere.

Peccator.
Cecitas. Sic peccatores caceantur, ut rerum nec qualiter agnoscant, nec agnoverint, unde veniant. *Vita nobis* (aiebat Seneca Epist. 45.) *sibi virtutum nomine obrepunt*; temeritas *sibi titulum fortitudinis latet*; moderatio vocatur *ignania*, pro tanto timidus accipitur: *in his magno periculo erratur*: *hic certas nos imprimet*. Quia nobis virtus placent, conscientiae morsum sponimus, & à Deo auctore nobis contingere illius credimus. Nobis errores nostri adulantur, & quo ludent, placent; ipsa fallacia, vt in præstigitoribus, nos delectat, nobis præstigiatorem imponere non ignoramus, & tamen, vt fallaciam repeat, petimus: *Ista sine noxa decipiunt* (addit Seneca) *quomodo præstigiorum acetabula & calculi, in quibus fallacia ipsa deletat*. Quia fallacia delectat, mens humana imponere sibi procurat, Saul à diabolo posse illius, & exigitur Davidis cædem sapienter meditatus est: non dubitabat, quo antore odium sufflamaretur; verum secum ipse luctabatur, vt persuaderet sibi à Deo disponi Davidis cædem. Vbi agnouit in Cœlā deuenisse, audi, cui adscribat, quam suspirabat, caputatem, & mortem: *Et ait Saul: Tradidit eum Deus in manus meas, corollaque est*. Dei speciali dispositioni adscriberetur, quod erat criminis, & furoris, & Davidem, quem ad Cœlā configere eius cogebat iniuncta infamia, sibi à Deo traditum speciali existimat prouidentia. Notauit Caecitanus: *Dilectio interpretata, Deus, est nomen Elobim, tanquam ex divino iudicio traditum in manu sua Davidem existimat*. Cœlestib[us] decretis admittetur adscribere, quod constabat à diabolico odij promanare. E contra etiam aliquando contingit: quod à Deo constabat peragi, diabolo homines adiunguntur adscribi. Depulerat Christus Dominus impuratum spiritum: cumque miraculum communii planus celebraret, veritatis æmuli Beelzebub tanquam auctori attribuendum proclamabant, & contendebant: *In Beelzebub Princepe demoniorum excitat dæmonia*. Afci dicunt: Dæmon aufugit pulsus, non Christo obsequens, sed Beelzebub eius principi obtemperans, & ob id homini libertas, & solipsitas non Christo adsignanda, sed Beelzebub etadscribenda. Itaque que Dei erant, attribuebant dæmoni, & que dæmonis, Deo; nam humana perueritas dicitur cæcitatem suam honestare, & honestatem corrumperet. Videbis aliquos, qui delictorum occasions à Deo sibi oblatas arbitrentur, quasi iniquitas sit auctor, & criminum sit promotor. Saul iustissimo Dei iudicio Davidem deprædicat sibi traditum, Cœlaque conculsum, quando pectora fovebat ardenter odium. Consonat Abulensis quest. 12. *Ecce quantum excœverat Saul* malitia; nam cùm esset in manifesto criminis, quia persequeretur David, putabat, quod Deus fauaret ei contra David. In eam deuenerat amentiam, iniudicem, & odij terris caliginibus obcæcatus, vt crederet à Deo auctore venire, quod ignorare non poterat à liore, odioque promanare. Tanta erat vis ambitionis, vt conscientiam corrumperet, sibique imponeret.

Lac. 11.
v. 15.

TEXTVS.

VERS. VIII. Et præcepit Saul omni populo, vt ad pugnam descenderet in Cœlā, & obsiderent David, & viros eius.

S. XI.

Ad perpetrandam mala plures inueniuntur exprompti, ad virtutem non sicut inveniunt aliquam difficultate implicati.

Neficias qua dulcedine deteriora delectant: Virtutum.
Virtus.
Prompti-
tudo. *Sibi facilè astellas sibi conducti improbitas, nec retardat ullum impedimentum, etiam si imminent deterrerit periculum. In re virtutis animus impenitus tepidior, & ad quæ emergere possunt, difficultates, inoculator. Saul exercitum cogit, vt Davidem iniqua, ac dura obsidione cingat, & capiat: *Præcepit Saul omni populo, vt ad pugnam descenderet in Cœlā, & obsideret David, & viros eius*. Non inuenies quempiam ex militibus in contrarium quid allegasse: aut immovere aliquod periculum, obiecisse, cum hoc ipso in capite Davidis milites, cum Cœlenses defendere, annuente oraculo, disponeret difficultates obiecerint, & expeditionem tardarint: *Dixerunt viri, qui erant cum David, ad eum: Ecce nos hic in India confitentes timemus, quanto magis, si iterimus in Cœlā aduersum agmina Philistinorum. Si milites David intinerent, quid opponerent, quomodo Saulis milites inuenierunt nil, quod obijerent: Iam David lapidis iæta præcipuum, & columnæ Philistinorum deicerat, jam eorum infamia sponsalia sibi acquisiuerat, & nihilominus exaggerant, qui nomina Davidi dererant, Philistinorum robustas vires, instrutas acies: Contra agmina Philistinorum. Saulem sequentes nec Davidis opponunt dexteritatem, nec reportato recens de Philistinis triumpho fore audaciorem. Verum hic nodus non difficilis solui. Saul vocabat ad perpetrandam delicta, David ad opera charitatis heroicæ, & virtus rarissime intenit animos adēd præparatos, vt improbitas expromptos. Quasi dicant (scribit Abulensis quest. 5.) ibi in maiori timore erimus, quam hic. Et declaratur causa timoris, cùm dicitur: Aduersus agmina Philistinorum, & est nobis durum pugnare cum illis. Cum Philistheis dæmonum umbris est durum pugnare, contra David Christi personam gerentem facillimum fuit in campum prodire. Isus ad terram promissionis ingrediendam allicit efficaci satis ratione: *Negque timeatis populum terre huius, quia sicut panem, ita eos possumus devorare, recessit ab eis omne præsidium, Dominus nobiscum est, nolite metuere*. In Isus, Calebque multitudine configrit, & ni Dei gloria eos teget, lapidem imber obruet: *Cumque clamaret omnis multitudo, & lapidibus eos vellet opprimere, apparuit gloria Domini. Ex exploratoribus non nulli ad Aegyptum redire statuerunt, & jam omnes eorum amplectuntur consilia, & sequuntur vota: Dixeruntque alter ad alterum: Constituamus nobis ducem, & reveremur in Aegyptum. Communis planus in Aegyptum redire approbatur, ad promissionis terram pergere, contradicitur. Quemcumque ducem verius***

Num. 14.
v. 9.

KK 3 Aegyptum

Egyptum sequentur; Moysēm versus promissionis terram refugunt. Notauit Oleaster ad litteram: Decreuerat populus ex se caput, seu ducem reuersioris in Agyptum dare, abiicendo à Domino datum, scilicet Moseb. Moyse paucos innuit sibi obtemerantes, plures resistentes, cùm cūque duci versus Agyptum anxijs votis discipiiant obtemperare, & qua voluerit via, alacritate contendere. Nam qui ad vitia prorit, socios fortitur faciles, qui ad honesta vocat, difficiles.

TEXTVS.

VERS. IX. Quod cùm Dauid resiſſerat, quia p̄pararet ei Saul clam malum, dixit ad Abiathar Sacerdotem: Applica ephod.

§. XII.

Frustrantur vota, quia consiliorum participes prodiderunt sapè secreta.

*Secretum.
Votum.*

Nihil conducibilis est sine ducibus, siue principiis quā eos suorum consiliōrum habere particeps, qui nullatenus immaturē prodant verbis, aut signis. Propensus est homo ad euulgandum secretū sibi commissum, & dum quisque eius, quem sibi fideliū putat, auribus arcānum illat, citissimē est fama, quae occulta credebatū cautele. Seneca Epist. 3. edocet, fideli amico nihil celandum, sed alijs nullatenus secretum aliquod committendum: Quid est ergo quare illa verba coram amico retrahantur? Quid est, quare me coram illo non possem solus? Quidam quo tanquam amicis committenda sunt, omnīs narrant, & in quālibet aures, quidquid illos vrit exonerant: quidam rursus etiam charissimorum conscientiam reformantur, & si possent, ne sibi quidem creditur, interius premunt omne secretum. Adæque vitiosum est omnes habere suspeccios, & putare omnes amicos. Addit Seneca: Neutrū faciendum est, virumque enim virium est & omnibus credere, & nulli, sed alterum honestius dixerim vitium, alterum tutius. Tūtius est secretum premere, præcipue vbi plures concurrunt; nam dum quikue putat posse alteri secreti manifestationem adscribi, non vretur euulgare. Saul, vt agnouit Dauidem Ceilan intrasse, decreuit eos, quibus Reipublice administratio commissa, corrumperet, & solicita cautele proditionem disponere; verū astuta industria, & industria cautele frustrata est; nam Dauid præmonuit, & fugit: Quod cūm Dauid resiſſerat, quia p̄pararet ei Saul clam malum, dixit ad Abiathar Sacerdotem: Applica ephod. Omnis Saulis sollicitudo effectu caruit, quia Dauid p̄scivit. Quis Dauidem præmonuerit, querunt Interpretes, existimantque ex ipsis, quibus secreta committebantur, non defuisse aliquem, qui Dauidi renuntiaret, & aperiret. Ita Abulensis quæst. 12. Cognovit Dauid, quod Saul per infidias disponeret eum capere, scilicet iubendo, quod clanderetur intra urbem, & deinde quod cingereetur obſidione ipfa urbs. Hoc autem forte audiuit ab aliquo de Ceilanis, quia Saul miserat numeros secretū ad Ceilanos. Cūm hoc negotium sine Ceilanorum notitia nequiter absolui; Saul eis solum com-

misiſ, sine quorum ope nequibat res perfici. Verū etiā eos solum consilij sui fecerit particeps, quibus notitia subſtrahi nequibat, non defuit inter eos, qui Dauidi renuntiaret, & Saulis studia eluderet. Postquam Christus Dominus in montis vertice cum Moyse, Eliaque de morte Hierosolymis perficienda egit, tribus electis discipulis, qui aderant, ora silentio premerē iussit: Nemini dixeritis visionem, donec filius hominis a mortuis resurget. Si diuulgarent illud misterium, humani generis redemptio forſitan opponetur obſtaculum. Ergo delectus Christus, vt coram eis differeret, Apostolorum preciōs, & silentium eis impoluit, vt nos factis erudit̄. Ita Remigius in Catena: Si maiestas illius diuulgaretur in populo, populi impidirent dispositionem passionis eius, resistendo principib⁹ Sacerdotiorum, & sic redemptio humani generis retardaretur. Theophilactus notauit, Petrum, Iacobum, Ioannemque prae alijs electos, vt qui commissa sibi secreta celare nōnerint, & potuerint: Et ipsi tacuerunt, & nemini dixerunt in illis diebus quidquam ex his, quae viderant. Att. 1. ad Theophilactum in Casen. ad Lyc. 9. Assimilat̄ hos tanquam hinc rem celare parentes, & nulli alijs renare. Summo studio eos delegit Apostolos, qui secreta premerent, ne votum retardaretur, si promerent. Ut etiam arduum commilla lecretū premere, ita esse debet curam committere. adhuc inter paucos æḡe posuit fermari lecreta, quid erit, si pluribus non dubitentur commissa.

§. XIII.

Sapè magnis beneficijs obligati metu, aut spebus inuenientur corrupti.

*Magnis beneficijs obſtrictū non decet
Mingratitudine dignitari, eti spes ſolicite, ſed
aut metus inquietet, fuit tamen plures, qui li-
gantur aliquod incommode imminere conſigant, an
commode fore credant, ad contraria culta
transfiliant, & ſibi indecorē confulant. Oppo-
tunè Seneca lib. 6. de Benef. cap. 38. Quod
quisque morte profuturus est, vita nocti. Omnes
tamen iſtorum tam nota fuit vota, quam impu-
ta. Denique ſe quisque conſulat, & in ſecundum
pectoris ſui recedat, & inspicat, quid tacitū
optauerit; quam multa ſunt vota, que etiam ſi
faſeri puder, quam panca, qua facere coram iugis
poſſimus. Strictum natura vinculum, conſanguineo vitam perſuadebat opere, ſolē tamen
mortem ſibi vtilem examib⁹ Ceilan à grauifimo
discrimine liberati, & ſummis benefijs
obſtricti à Saule ſolicitantur, vt Dauidem pro-
dant, & tradant. Non latuit Dauidem; verū
cūm Ceilanos Saulis adiuturos confilia non ce-
deret, delataam ad ſe notitiam oraculo confitito
certius exploravit: Quod cūm Dauid reſiſſe
quia p̄pararet ei Saul clam malum, dixit ad
Abiathar Sacerdotem: Applica ephod. Oraculum
conſuluit, quia ultra omnem fidem videbatur
Ceilanos Saulis votis annuere, & Dauidem, à
quo tanta, tamque eximia beneficia accepereant,
tradere. Si tradent me viri Ceile, & viri qui
ſunt mecum, in manus Saul? Et dixit Dominus:
Tradent. Et cur tradent? Quia etiā magnis fue-
rint beneficijs obſtricti, modò à Saule aut ſpe-
bus ſolicitati, aut metu deterri: ergo vbi ſpes
affiliat,*

affulxit, aut periculum deterruit, in contrariam partem transeunnt, & Davidis præditionem decernunt. Prodest noster Sancius: *Rogat, an quod incertus disseminarat rumor, veniuntur effe Saul in urbem: & an Ceilani parum memores recentis beneficij ipsum effe inimico Regi traditur?* Quod cum virumque Deus affirmando respondisset, exemplo ille præfitionem adornat. Ni fugisset, mortem oppereret, & (quod videbatur impossibile) à Ceilanis tradendum oraculum confutum respondit. Ut hinc noueris quantum apud homines summis etiam beneficiis obligatos afflenda vitium spes valeat, aut subeundi incommodi timor virgeat. Rechab, & Banaa, quos Isboseth ad exercitus principatum euexerat, ubi sibi persuaserunt posse Davidis gratiam elucrari, si innoxium Miphiboseth aggredierentur occidere, quantumvis ratio, gatitudine reclamarint, studiosè obscuruerunt, & scelus impium perpetrarunt: *Duo autem viiri principes latronum erant Saul, nomen unum Baana, & nomen alterum Rechab.* In Hebreo habetur: *Principes turmarum; vel cuneorum.* Itaque à Miphibosethi patre ad dignitatem eueeti nepoti necem intulerunt, & beneficium hac gratitudine compensarunt. Ita tradit Lira: *Mortuo Abner Isboseth confinxit Rechab, & Banaa, alias Baana, qui erant de tribu Benjamin, ut paret in Textu, duces suuarum expeditionum.* Adnecti: *Dolose venerunt ad interficiendum Isboseth, ut per hoc à David munera reportarent.* Videatur apud Liram amanuensis mendum, nam non occiderunt Isboseth, sed Miphiboseth, sed pro nostra thesi, expende recentium beneficiorum oblitos, & improbis spibus illecos.

TEXTVS.

VERS. X. & XI. Et ait David: Domine Deus Israel, audiuit famam seruus tuus, quod disponat Saul venire in Ceilam, ut euertat urbem propter me. Si tradent me viri Ceilæ in manus eius? Et si descendet Saul, sicut audiuit seruus tuus? Domine Deus Israel, indica seruo tuo. Et ait Dominus: Descendet.

§. XIV.

Prosum præstis Numini obsequia,
ut imminentia eludere valens pericula.

Obsequium.
Periculum.

Luc. 15.
v. 18.

Deus afflictorum semper est securissimum tuamentum, misericordum promptum auxilium. Vnde prodigus ille, qui Deum offendebat, benignissimum sibi patrem fore præsumpsit: *Ibo ad patrem meum.* Ad que Chrysologus serm. 2. Ego perdidì, quod erat filii, ille, quod patris est, non amisit. Verum eti omibus florem lucis sua spargat, nec fidem in eo rite sperantium confundat, suis tamen seruis maiora impedit beneficia, & ab eis ciuius avertit incommoda. [Grane nimurum est (aiebat Caffidorus 2. variar. 21.) ut fructu laboris sui fraudetur industris, & cui debetur pro sedulitate conferri premium, dispendium patiatur iniustum in ea

præsertim te, quæ ad nostram respicit largitatem, cui nihil debet licere negligentia, ne videamus minus profutura sanxisse.] Ius exigit sedulis prouidere, & inservientibus auxiliari. Hinc est, quod David magnis periculis afflicetus semel, & iterum fideliter operas suas nausasse testetur in Dei obsequium, quo facilis inneniat auxilium: *Domine Deus Israel, audiuit famam seruus tuus.* Et iterum: *Domine Deus Israel, indica seruo tuo.* Aci dicat: seduli, ac deuoti servimus implevi, & honori tuo semper prouidi: ergo me instrue, & à periculis erue. Quod & Dominus statim fecit, & sine ambiguitate respondit: *Tradent.* Notauit Abulensis quest. 12. scilicet ego, qui sum seruus tuus, audiuit famam de Saule. Quam citè, quod desiderabat, obtinuit, qui fideliter Numini inservire verè allegauit. David coelesti, præsentaneaque luce illustratus effugit, quod imminebat, periculum: *Tradent,* quia pro se allegauit fideliter præstitum famulatum Rahab à Iosue exploratoribus incoluntatis tessera flagitauit: illi humanitatem mulieris demirati, ipsum funiculum, quo eos liberata, salutis dederunt signum: *Sicut Iosue 2. Iugum fuerit funiculus iste coccineus.* In fenestra li. v. 18. gatus in concubino adeò domus fuit firmamentum, ut collapsis etiam, quibus domus hærebatur, muri firma permaneret, & periculum elmereret. Si quāras, cur funiculum pro tessera dederint, respondebit Procopius apud Glosam, nihil opportunius exhibere potuisse, nam cùm esset funiculus præstitum obsequium, imminens auerterebat periculum: *Funis, quantumvis debilis, non disrumpitur, per quam euaserunt exploratores.* Funis, eti debilis, adeò firmè dormum ligabat, ut casum nesciret, & ruinam profructus repelleret; firmissimum fuit retinaculum deuotè præstitum Iosue obsequium; nam exhibita Numini obsequia imminentia auertunt pericula.

TEXTVS.

VERS. XII. Dixitque David: si tradent me vihi Ceilæ, & viros, qui sunt mecum, in manus Saul? Et dixit Dominus: Tradent.

§. XV.

De alienis defectibus non est loquendum, præcipue si occulti, & silentio pressi.

Nescias quo pruriti gestiant homines aliorum defectus prodere, & male etiam fundatas suspicione effundere. Quod fama testante notum non requirit silentium, sed quod adhuc occultum, non est ullatenus euulgandum. In odio sunt (aiebat Plutarchus lib. de Garrulitate) quod mala nuntiant, & quia arcana non continent. Odiosi sunt, qui aliorum arcana nesciunt non effundere, quæcumque mala euulgarere. Saul delectum cogit, ut Ceilam ubi tunc erat David, adest, arcta obfida cingat, & capiat. Consilium Ceilanis secretissimum communicavit, & profecionem dispositum. Verum cùm David votum præsciret, oraculum confulit, & de Saulis aduentu interrogauit, & quia prudenter vereri poterat, an Ceilani beneficij immemo

immemores eum tradenter hoc etiam sciscitatur: [Domine Deus Israel , audiuit famam seruus tuus , quod disponat Saul venire in Ceilam , ut euerta urbem propter me : si tradent me viri Ceilar in manus eius , & si descendet Saul , sicut audiuit seruus tuus ?] Consultum oraculum veram esse famam respondit : Descendet . De Ceilanis tacuit : David iterum humiliter orat , vt de Ceilanorum animis eum instruat : Si tradent me viri Ceila , & viros qui sunt mecum , in manus Saul . Et dixit Dominus : Tradent . Hinc oriuntur questio , cur scilicet oraculum de vtroque interrogatum solum de aduentu Saulis responderit ? Ignorabat Ceilanorum animos , quando tacuit , on rogariter voluit : Profecto quaque scripta sunt , ad nostram doctrinam scripta sunt , Saulis aduentum fama attestabatur . Auditis famam seruus tuus . Ceilanorum decreta adhuc latebant occulta : ergo de notis facile respondit , occulta arcano silentio prestit ; quo suis nos factis instrueret occultos defectus facile non euulgandos , aut cui prodendos . Notauit Abulensis quasf. 13. Hic posuit iterum quastionem , quam iam posuerat ; sed quia Deus non respondit ad idam , repetit eam . Primum erat quasf. 12. Saul miseras nuntios secrete ad Ceilanos , ut clausa vrbe non permetterent egredi David . Eodem modo ciebat Deus Saulis facta , & Ceilanorum studia ; verum quia hæc secreto teatra , expectant iterum interrogari , & quia illa publica non distulit prodere . Profecto qua omnibus nota , non granat vulgate , sed quæ ignota , conscientiam laedit , aperire . Chan patrem irrisit , fratres munitatem pietate operuerunt : Operuerunt verenda patris sui . Procacis filij pater irrationem agnouit , & punivit : Cum didicisset , qua fecerat ei filius suus minor . A quo didicerit , rogant Interpretes , afferuntque diuinæ cognoscere reuelatione . Ita Interlinearis ; Cum didicisset propheticò spiritu . Vide fratrum pietatem , circumspectionemque ita patris operuerunt ignominiam , ut fratri non euulgarint offendam : opus fuit propheticò spiritu ad dignoscendum Chan delictum ; se enim criminis reos putarent , si cui prodidissent fereretur .

TEXTVS.

VERS. XIII. Surrexit ergo David , & viri eius quasi sexcenti , & egressi de Ceila , huic atque illuc vagabantur incerti , nuntiatumque est Saulis , quod fugisset David de Ceila , & saluatus esset quamobrem dissimulauit exire .

§. XVI.

Nulla interponenda est mora , ubi imminent saluti pericula ,

Mora.
Salus.
Periculum.

Destabilis est quidem omnis ignavia , & quidquid contra prudentem cautelam admittitur , iusta execratione damnatur . Adurgeri improbus periculis infortunium est , quæ vero prænocuntur , non effugere prouidenter , aut est temeritatis delirium , aut prudentiae probrum . Exaggerat enim inertia culpam futuri præscientia , & grauiori tenetur reatu , qui cum potuerit matura vigilantia exp-

diti , voluit anxijs difficultatibus implicari . Quis nouis (aiebat Cassiodorus 12. varia 17.) cum qua gente configat ? ideoque omnes debent agnoscere , quod futuris hostibus gratia non sit audire . Expedit , quod hostibus sit ingratum prænoscere , fed præscientia ipsa acculturatur , si se contra pericula non tuerit . David aduentu Saulis rumore pulsatus femele , & iterum Deum consulit , nec tempus in consultatione positum male existimat collocatum ; cumque ab oraculo didicisset Sanlem venturum , & Ceilanos , à quibus posset auxilium sperare , secreto meditari eum Sauli prodere , matura le fuga subripuit , & hostiles technas frustravit : Surrexit ergo David , & viri eius quasi sexcenti , & egressi de Ceila , huic illuc vagabantur incerti . Bona incertitudo , que spem hostibus adimebat , & pericula vitabat ! Statim ac audiuit David periculum imminere , sibi prouidit salubri fuga , ne in hostiis devenerit manus inculta ignavia . Notauit noster Sancius : Cum utrumque Deus affirmando respondisset , exemplo ille profecitionem adserat , ne Ceilan incantum per insidias opprimit , aut ipsius fugam anteverat , & occupet Saulis aduentum . Talalus à matura pendebat fuga : ergo nec leui David detentus est mora : Exemplo profecitionem adserat : Hinc erudiri debent , qui anime non ignorant periculum , cum eis conscientia ostendat perpetratum peccatum . Dignus est , qui pereat , confortis sibi nocina non fugiunt , & consilia dæmonis sibi nota non antenertens . Apud Ceilanos fruebatur David ampla domo , infrastructa delicijs mensa ; verum dum gratis adulatioibus retinere moluntur , implacabili Saulis odio adulantur . Miraculo , & quidem quod Apostoli efficere non valuerunt , opus fuit , ut luctuose ille puer rediret ad mentem : Accedit ad Christum pater , Christus tempus ægitudinis regnus . Quantum temporis est ; ex quo hoc ei accidit ? Non Mat. 5. interrogavit ut sciret , sed vt nos interrogations 7. 12. edoceret . Pater induratum satis respondit malum : Ab infancia : & frequenter cum vijorem , & in aquas misit , ut eum perderet . Ipsi tempus , ipsa pueri calamitas patris fugillabant ignamiam , quandoquidem nec salubria iniecerat vincula , ut imminentia naufragia vitanter , & incalente . Exprimit (inquit Glostia D. Thom. in Cat.) in verbis sue petitionis fidei defensat . In hiemis & in prudentiam peccabat , dum nec incendia , nec naufragia impeditare satagebat . Audi Chrysologum serm. 51. Benè Dominus à parenti dem repetit , dicens : Si potes credere . Profecit qui despiciunt pericula , quæ sibi immineantur non ignorant , videntur aut à fide deficere , aut prudentiae notam inferre .

§. XVII.

In terrenis radices non figat , qui pericula eludere anhelat .

Quid facere te potest bonum , tecum est tuus est , ut sis bonus ? Velle . Quid autem melius parentes velle , quam eripere te huic servitui , quæ omnes premit . Eadem lege potuisse dicere . Tecum est , quidquid te reddit securum . Quisquis terrena concupinat , quisquis rebus humanis affectu haeret , seruus est , & eisdem , quibus fallitur , delicijs premitur ; libero celo vivit , creaturarum fugiens confortia , & ab omnibus

T E X T V S.

exambita generosè proculcans oblectamenta. David in Saulis aula expertus est insidiosa tela, in Achis curia prudenti periculum redemit infania: apud Ceilanos, quibus opportunum fuerat auxilium, pro mercede fraudulentem innenit dolum. Ut repeat Cassiodorus, *quod 4. variar. 27. Malorum omnium probatur extremum inde detrimenta suscipere, unde credebanur auxilia prouenire: Ergo decreuit omnia relinquere, & nulli loco inhætere: Egressi de Ceila huc, arque illuc vagabantur incerti. Iam Saul audit hostem salvatum, jam quod corde fonebat, agnoscit illussum votum: Num iatrumque est Sauli, quod fugisset David de Ceila, & saluari esset, quamobrem dissimulauit exire. Vbi Saul agnouit nullibi pedem figere, desperauit. Et quare: Quia jam David non inhærebat terrenis, nec detinebatur delicijs. Innuit Abulensis quasf. 14. Vagabantur huc, arque illuc incerti, scilicet quia non andebant manere in aliquo determinato loco, ne Saul ponebat insulas super eos. Omnia reliquerunt non habentes manentem ciuitatem, sed inquietes futuras, & vbi agnouit Saul humana omnia generosè reliqua, fraudulenta peccatore repressit vota. Profectò qui ab omnibus terrenis se expedit, demonis fraude eludit. Pro certo habe contra temporalia delipientem demonis astutiam non praenaletere, immò omne robur eius euigorati. Apoc. 12. contra mulierem lunam calcantem: *Luna sub pedibus eius*, draco versutus in campum prodit. *Draco stetit ante mulierem*: Mulier celeri se fuga propicuit, & solitudinem adiit: *Mulier fugit in solitudinem*. Muliere jam solitudinem petente inter Michaelem, & draconem defudauere certamina: *Factum est primum magnum in celo: Michael, & Angelus eius prelabantur cum dracone, & draco pugnabat, & Angelus eius*. Duo hic examine digna occurruunt, cur scilicet Michael arma non tractaret, nec suppetias mulieri exhibuit antea quam solitudinem petret: & cur serpens, qui habetur astutus, tempus infusmat cum Angelis decertando, quod elucrari posse videbatur, mulierem pertinaciter persequendo? Profectò eadem est pro dracone, & Angelis ratio: Mulierem lunam proculceare, idem erat, ac omnia temporalia, & sublunaria despicer: ergo ipsa generosa despiciens ad repellendos serpentinos adulstus erat munitione castrum, & veluti inexpugnabile fortalitium: ergo ad nostram eruditioñem Angelis abstinuerunt tantisper armis, quasi mulier eorum non indigeret auxilijs. Serpens muliere fugiente cum Angelis inuit certamen, quasi prælumperit facilis Angelis obtainendam victoriam, quam de muliere reportandam victoria palmam. Innuit Ruperts lib. i. in Apocal. *Luna pro sui mutabilitate recte mundi huius bona mutabilia significat, quibus stultus servit, sapiens imperat*. Vbi mulier pridenti pede, quæ alij miranda proculcat, & despicit, serpentis prorsus debilitatur vires, & teat disperant fraudes: ergo Angelii bellum non adornarunt, vt quam insuperabile castrum sit omnia despiciere ostenderint; & serpens cum Angelis maluit depræliari, quam cum femina temporalia omnia generosè despiciendi configere.*

V E R S. X I V. Morabatur autem David in deserto in locis firmissimis, mansaque in monte solitudinis Ziph, in monte opaco: quærebatur eum tamen Saul cunctis diebus, & non tradidit eum Deus in manus eius.

§. XVIII.

Deserta delicijs nuda contra fraudes dæmonis sunt validissima castra.

P Lura sunt loca non tantum edita, sed iacentia, quæ ignem enomant. In Aethna confinio tuò non viuit. Attendunt sunt locorum *ingenia*, quia saep salus periclitatur, vbi periculum non timetur. Aiebat quidam politicus: Non ego ambitiosus sum, sed Romæ nemo alter potest viuere: Non ego sumptuosus sum, sed vrbs ipsa magna impensas exigit. Deliciae, voluptatibusque seueria etiam ingenia ad se rapuerunt, & qua omnibus communia, videntur honesta. *Quemadmodum* (aiebat Seneca Epist. 51.) inter torres habitare nolim, sic nec inter popinas quidem. Profectò in Regum curijs plurimum sibi luxus permittit; illic quasi loci principio maior sit licentia, morum concinnitas confutatur, & virtutis vigor resolutur. Ecce David plurimis à Saule insidijs impetu ad confusione contendit, & desertorum aperitate se munit: *Morabatur autem David in deserto in locis firmissimis, mansaque in monte solitudinis Ziph, in monte opaco*. Inter sylvestres arbores, & incultos frutices latitabat, ne quem videre, nec à quoquam posset spectari. Tuitissima erant illa deferta, & quo plus humanis carebant voluptatibus, lecuriora erant ab aduerfiorum adiutibus. Degebat ibi David lurdus, & famelicus, sed discriminibus non expositus. Notauit noster Sanctius: *Loca sibi ad fugam elegit confrago/a, & apera, tum, ut locum teneret natura muritum, vbi se, si quis incesseret aduersa, ab hoste tueretur, & hostem ipsum ab ascensiū deterreret scopolorum asperitas*. In Ceila copiosa ciuitate expertus fuerat captiosos dolos, Saulis non ignorabat contumaces conatus: ergo desertorum de legit aperitatem, quæ facilis tueretur salute. Iam si vis nosse, quam sint loca deliciosa virtutis aduersa, expende tres illos decantatissimos pueros inter flammaturum vortices vnico Angelo fuisse asseratos: *Ambulabant in medio flammæ* Dan. 3: *laudantes Deum*. Loth à Sodomis, ne pereat, extrahitur, sed gemino Angelo communitur: *Cum effet mane, cogebat eum Angelus, dicentes: Surge, Hinc oritur difficultas. Quid interest igneus imber ē celo ruat, num inter flammaturum vortices affermare Lothum nequibit duplex, quādo vinicus Angelus flammaturum volumina verit in roscidum ventum? Maneat Loth Angelorum suffragio inter ignes illæsus, quando puerorum viñus Angelii ope inter ignes concinit chorus. Profectò Angelii suis factis edocuerūt, non minus aliquando timenda esse locorum contagia, quam coelestia flammaturum incendia. Sodoma erat delicijs plena, erat vitiorum diuersorum, erat virtutis exilium: ergo licet Angelii ignis ardorem sopirent, ipsa fortassis*

L 1 fortassis

Eman. de Naxera in Reg. Tom. II.

fortassis regio flamas deteriores accenderet: ergo monent, ne stet in omni circa regione, quasi ab ipsa regione grauius immineret periculum, etiam eum à celo ardentissimum descendebat incendium. *Nec s'es in omni circa re-gione, sed in monte salutem te facit.* Deliciosa regio vires eneruat, & quod placet, nocet. Prodest Hugo: *Non sufficit demoliri peccatum, nisi & omnis eius circumstantia, & adiacentia, & occasio destruantur.* Ipsa regio pretendebat insidias, mons asperimus erat auxilium contra fallacias: ergo ad montem fugiat, & quam periculosa aliqua loca sint, factis edoceat.

§. X X.

Cælestis dispositio nullis queit artibus impe-diri, aut machinamentis labe-factari.

Deus omnibus profutura disponit, præclaræ Divina de- stram, decernit, ad perfectum semper perducit. Lob, Illud Iudicium modo perfectum dicitur (aiebat Caffi-dorus s. variar. 16.) quod de voluntate simul, & actione laudatur. Divina prouisio medijs in combatibus non languescit deferta, nec cedit humanis artibus impedita. Medijs in conatus deficeret, aut virium arguit inopiam, aut lentitatem demoratam; cumque Deus, nec viribus defitetur, nec aliqua noua notitia informetur, que si decretum, feliciter semper absoluere. Daniel in Regem sibi prouidit, vtque humanas artes nil suis obstat decretis ostendat, in exemplum Saulen produxit, qui cum nil non tentari, ut David mortem inferret, effectu canit, collato cum dæmonie consilio hastam ei acutavit, qua latrabat, domum Daudis milite cingit, Ceilani dolos persuadet, delectum cogit, sed omnia irrita, & expectatione vacua: *Querelam cum Saul cunctis diebus, & non tradidist eum Dei in manus eius.* Non tradidit, id est, capi, aut occidi non permisit, quia fore Regem decrevit. Iacob Abulensis quæst. 14. [Quamquam Saul conatus fuisset capere David, inquirendo eum diligenter, tamen nunquam potuit illum tenere, quia Deus voluit, quod numquam teneret ad omnian disposeret, quod futurus effex Rex in Israël, id est, exigitabat omnia illa, per quæ possit impedi dispositio sua.] Nullum lapidem non mouit Saul, montes circuit, persecutus sylvas, instruit exercitum, disponit dolum, nihil tamen infelix prodest astutia, nec ambitiona proficit pertinacia. Miraberis in hominem cuius officium, a discipulis desertum, & omni ad speciem esse desitum potentissimorum hostium non posse præualeare consilia, & irrita fuisse vox, a principiis in re, quæ facilissime videbatur alliquanda, & vel solo iuto impetranda. Tamen delere totis nisibus procurarunt. *Noli scire,* l. 11. *Rex Indorum.* Et tamen Pilatus, qui eis maxime gesserat, & eorum se voluntati subdidit, & constantia restitit, ut nullus precibus, nullis artibus potuerit adduci, ut vel apice immunit: *Quod scripsi, scripsi.* Ecquæ huius ratio? *Item* Psaltes explicit, dum cecinit: *Dicit in genit. Pilatus, quia Dominus regnauit.* Decernerat Deus in v. 10 ligno Christum regnare: ergo mollis artibus regnum potuit de ligno tolli. Prodest Beta in *Carrena:* *In quo monstrabatur jam tunc regnum ipsius non, ut ipsi purabant, destruunt,* sed patens augmentatum. Omnia, que fecerunt, ut eius regnum euerterent, stabilendo regno defenerent, & à Deo decretum nullis posse machinis impediri manifestissime declarabant. Latent fabri diversa species sapientis contrariae cause, & cetera, quæ videbatur velut acerrimus aries regnum euertere, inventa est firmissime stabilire: ergo Saul, quantumvis fremat, & furat, Davidem nequibit capere, quia decretum Deus regali thoro fulgere.

Ambitio.
Virtus.
Labor.

Dan. 4.
v. 30.

Liberias proposita est: (aiebat Seneca Epist. 51.) ad hoc premium laboratur, qua sit libertas queris? Nulli rei servire, nulli necessitatibus nullis casibus. Qui verè liber, cum fortuna bellum gerit, & ne imperata faciat, honestè resistit: verum pauci sunt, qui iugum non recipiant, & difficultatibus cedant, cum sapientia qui cupiditatem, aut ambitioni infernare decreverant, asperrima denorant; & nulli difficultatibus celerint. *Quid si præter pudorem* (aiebat Tertullianus de Panitia cap. 11.) quem potorem putant, etiam incommoda corporis reformident, quod intolos, quod fardulentos, quod extra institutam oportet diversari: in asperitudo facci, & horrore cinoris, & oris de iejunio vanitate. Plures virtutum casta deferunt facilius alperitate deterriti, & ieiuniorum labore defatigati, cum seculi sceleratos nullis difficultatibus frangantur, immo ipsi laboribus indurantur. Nabuchod. superbus, & ambitiosus fano alitur, rore tingitur, æro vinculo premitur, & nihilominus plurimi annis persfat, & se contumaciter sati indurat: *Famum ut hos comedit, & rore cali corpus eius infectum est.* Quis tulus est ob virtutem, quæ Nabuchod. obvanitatem, & tamen persistit induratus, & contra tot labores volumina obstinatissimus. Notauit Cyrillus Hierosolymitanus *Careches.* 2. In bestiam transmutatus est, in solitudine degebat. Septenni squalore tabuit, vnguis aquilarum fodiuit, capillamento leonum horrorem retulit, & mala tractatione nihil suadente induruit, & oculos ad cœlum lenare noluit. Ecce cum David desertorum horrores inhabitaret, & ipsis asperitatibus hostis audaciam deterreret, nunquam Saul malitia sua otium fecit, sed pertinaci ambitione, & implacabili odio omnia deuorabat, & ut persequeretur innoxium, labori nulli parceret: *Manit in monte solitudinis Ziph, in monte opaco: quarebat eum tamen Saul cunctis diebus.* Saul a contumaci studio non desistebat, quantumvis deterrenter montium confragitas, & implexa syluarum asperitas. Notauit Abulensis quæst. 14. *Quamquam David lateret in locis asperrimis, non desistebat eum querere Saul, quia furor magnus, quem conceperat in David, faciebat eum nulli labori cedere.* Rex delicatus, & delicis affuetus subdio dormiebat, & cluox asperrimos superabat. Proh vires ambitionis portentosæ! Proh malevolentia fuores pertinacissimi! Saul virtutis alumnos confundit, dum nulli labori cedit.

TEXTVS.

TEXTVS.

VERS. XV. Et vidit David, quod egressus esset Saul, ut quereret animam eius. Porro David erat in deserto Ziph in sylua.

S. XXI.

Nulli labori parcendum est, ut hostis mature deprehendas consilia, & fru-
straveris desideria.

Hostim arcana nosse præcipua esse debet
ducis strenui cura, ut opportuna conatibus
objiciantur obstacula, & tempestiuè frustrentur
vota. Cum Lismachus, familiarem, quid suorum ei posset participare, rogasset, teste Plutarcho in Apophthegmati; ille prudenter satis
respondid: *Quidlibet, modo ne arcana?* Ducus honori consuluit amicus, quandoquidem eum edocuit, ut vel sibi ipsi, si posset, denegaret
arcanorum notitia. Aiebat Tacitus lib. 13.
*Annalium: Pleraque in summa fortuna auspicijs, & consilijs, quam telis, manibus, gerit. Consilium prouidum semper hosti inuenientur aduersum. David exigua manu instructus Saul copiose exercitu refertur armatis, & tamen Saulis irrita extiterunt arma, Davidis tutissima vita. Ecqua vtriusque fuit caula? Iam Textus ierulit; scilicet sic Dauidem latuisse, ut nunquam hostis eius posset indagare consilia, sic Saulis solerter inuestigasse decreta, ut omnia mature precalluerit arcana. Videlicet David quod egressus esset Saul, ut quereret animam eius. Porro David erat in deserto Ziph in sylua. Sic Dauidis resplenduit industria, ut nil hostis tentari, quin ipse pesciret, & sic in sylva ipse lauterit, ut non facile ad Saulem certa notitia pertenerit. Ita Abulensis quæst. 15. Quare aliquis, quomodo David cognoverit, quod egressus fuerat Saul ad persequendum eum? Quæstionem ex aliorum sententia responderet: *Hoc cognovit per consultationem Domini, scilicet quia nunc cum esset in periculo quotidiano, sepe consulebat Dominum de statu suo.* Oratio erat Dauidi pro armis, quibus aduersarij irrita reddebat vota, & stræcta vitabat pericula. Addit Abulensis ex propria sententia: *Habebat David aliquos viros de suis, qui ibant ad curiam Saulis secrete, & scribant quid moliretur Saul contra Dauid, & per hos audiebat hoc.* Subiicit quæst. 16. Porro David erat in deserto Ziph in sylua; erat enim locus illæ præripius, nemorus, & opacus, in quo latere possent David, & pueri sui. Solito David procurabat studio præcalletere à Saule disposita, & sua celare prorūs consilia, quod quā fuerit vtile, euentus ostendit: nam Saul opportuna notitia nudus cassis laboribus deerrabat, & David prouidus pericula anteuertebat. Spontius dilecta sua prærogativas commendans, natus Davidis turri comparant: *Natus tuus sicut turris Libani, quæ respicit contra Damascum.* Et quid commune nato cum turri? Turris ea (ut placet Delrio in litera) id est fabricata fuerat, ut Syrorum conatus, atque infidias excubie subodorarentur: ergo natus turri assimilatur, quia dum ex odore cibos diuidat, respuit venena, & corpori approbat salubria. Delrium audi: *Natus signum Eman. de Naxera in Reg. Tom. II.**

est probi odoratus, nam hoc membrum odores malos a bonis discernens hominem monit, que aspernari, & quenam ori admouere oporteat. Consonat Philo de Nomin. mutat. Odoratus gastris prepositus esculenta, & poculenta fermè prædicat omnia: unde prægustatorum sensus recte quidam nominare, cum ipsius effectum animaduertissent. Nasus veluti totius corporis columen est, dum præsentis nocina, que respuit, & salubria, que admittat. Certe sine hac præscientia periclitaretur salus, dum hostiles non prænoscit infidias, & tectas, inaurataque haurit venenorū fallacias. Itaque pro fortissimâ turri est infidarium præscientia; fraudumque notitia: ergo David bellicis artis peritus soler-
tissime studuit sua tegere, & qua Saul moliretur, tempestiuè prænoscere.

TEXTVS.

VERS. XVI. & XVII. Et surrexit Ionathas filius Saul, & abiit ad Dauid in syluam, & confortauit manus eius in Deo; dixitque ei: Ne timeas: neque enim inueniet te manus Saul patris mei, & tu regnabis super Israel, & ego ero tibi secundus, sed & Saul pater meus fecit hoc.

S. XXII.

*Qui ob virtutem persecutionibus afflita-
tur, supernis, dum afflictatur, con-
solutionibus fruatur.*

Virtus nequit ab interno gadio diuidi, ut vitium à dolore separari. Notauit Philo de *Nomin. mutat.* Edocet viriū natura rem esse delectabilem, & que ea præditus semper gaudet, & que è contrario vitium molestia res sit, coque contaminatus summis doloribus, & molestis afficiatur. Virtus, que mentem Deo subiicit, que voluntatem disponit, que præstigiatrices affectiones præcedit, secum afferit tranquillitatem, & ad procyclandam aduersam fortunam animosum vigorem: non defunct illi superna auxilia, tunc præcipue cum confusis laborum voluminibus ingemiscit afflictata. Ecce David sylua latitat multiplicitibus Saulis infidilibus impenitus, & incommodis afflictatus; illuc tamen contulat Ionathas, qui ut sœpè ex Glossa vidi-
mus, interpretatur, *Dominum columba: Celestis columba conflatione, ne manus lassescant, confortantur, & indubie de futuro regno spes confouentur.* Surrexit Ionathas filius Saul, & abiit ad Dauid in syluam, & confortauit manus eius in Deo. Si externa solùm relipicias, censibus Dauidem infortunatum, ut qui cogatur inhabitate sylvas fructibus vacnas, & asperitatis plenas; ibi tamen inuenies columbae donis frui, immixta fortitudine obarmari, & se ipsum pacificè possidere. *Opportunum habuit cum Danide colloquium* (inquit nostrar. Sanctius) & primum illum bono esse anima iuber, & tantisper contra parentis iniurias, & locorum incommoditates obdure ferendo superandæ esse fortunam, & sperato rerum euenienti, & exiit secundum leuandum esse laborem. Indubia regni spes labores columba mellit, &

L 1 2 inuidas

Exo 1. 4.
v. 14.

vires addit; jam David supernis donis confortatus ipsa gaudet perfectione, prauidens de amata adeo radice dulcissimos demeten-
dos fructus, & felicissimos orituros prouentus. Aaron *Egypto* degens Regis inuidiam sustinebat; verum tunc Moyse mititur, cuius aspe-
ctu lætatur: *Ecce ipse egredietur in occursum tuum, videsque te letabitur corde.* Non erat læ-
titia Aaron externa, sed intima; exterius vide-
batur labore attritus, sed interne lætabatur soli-
dissimo gaudio plenus: *Letabitur corde.* Non est
idem exterius ridere, & interius lætari, non
est idem exterior affligi, & interna tranquilli-
tate carere. Moyse, qui Pharaonis Deus,
Aroni aderat, & tecras spes fovebat: non
poterat Aaron interius non gaudere præsciens
afflictionem citè vertendam in duraturam felici-
tatem, non poterat corde non lætari præsa-
giens pro laboribus trophea, pro seruitute di-
stissima spolia. Philo de Nomin. mutat, sic legit:
Letabitur in se ipso quasi solus studiosi aspectus abunde sufficiat ad implendam laetitia memorem, deposita molestia, qua animi malorum molestissimum est. Carebat Aaron inter labores molestia, quia ex Dei consortio imberuerant animum gaudi-
a. E contrario *Egypti* virgin intuentes, non
poterant inter externa gaudi interna non adu-
geri molestia. Ita datus Philo: *Improbo nemini
gaudere permittitur, ut in prophetis canitur
sententijs: lætari non est fas impis, inquit Deus,
est enim oratio veritati conscientia, & oraculum
divinum, prauis cuiusque vitam maestam, tristi-
taeque, & miseria plenam esse, tameis vulnus se
ridere simule. Pharao, quantumvis splendi-
tibus circumdatus, opulentis mensa innutri-
tus, & externis gaudijs circumfulsus, nequibat
anxijs sollicitudinibus non virgeri virginam confi-
picatus, que Nili delicias in eurom vetteret,
& *Egyptios* naufragio traderet. Aaron corde
grevata latitanti virgin pro se fortius, que
disperperat vincula, & duceret per amara.*

faustas, vel cum anxias experiebatur miseras.
Spes (aiebat *suprà* datus Philo) *ad id à natura
comparata videtur, ut futurum bonum quasi pre-
gustaret, idque animo commendaret, qui firmiter
possideret. Confonat noster Sanctius ad hunc locum: *Spes in arduo quantunque rerum confi-
etu confirmare debet languentes animos.* Langue-
ret Davidis animus resipiens ad sylvam, ni
spectaret ad coronam; verum futurae corone
firmis spebus iniuitos animos opponere adhuc
laboribus. Promisit Deus Abraham legiūm
prolem, vbi audiuit, statim risit non incredu-
lus, sed jam futuro risu quodammodo delubens: *Cecidit Abraham faciem suam, & risit.* Danc. ^{Gen. 17.} 17.
Philo ait futurum Ilaicum, qui interpretatur
risus, jam quodammodo adesse, a parenteque
prætentiri, & ipsa spe possideri: *Risit mente,
cum nondum status videtur in mortali generis iu-
fui. Nec ipse tamum, verum etiam mulier ride, pro-
nuntiat enim denuo. Risit autem Sarra in seminip-
sa.* Aded certa erat spes futuri risus, ut pater
gaudium pregularent, & pregastrando
riderent: ergo Ionathas, id est, Columba do-
num Davidem confortat, dum futuram coronam
in memoriam reuocat. O immortalem glorie
coronam attendant, qui varijs calamitatibus flu-
ctibus iactati adlaborant? sic enim labores
emollient, & mellient.*

§. XXII.

Certa futuri regni spes durissimos etiam labores emollit, & asperitates mellit.

Spes.
Labor.

VT anchorā contra ventorum adsultus fundantur naues ; sic corda stabilliantur Christiana spe contra laborum , ac perfecutionum turbines . Spes non confundit , sed , qua sperat , prægustat gaudia . *Ob sperationem bonum* (scribit Philo de Nominiū mūrāt .) gaudium percipit , ut latitia quodammodo laxitatem amegrediatū ; & delectatio hilaritatem precurrat . Adnecit : *Vitem exultantē apicē* , vt mirific sit à natura ornata farnementis , administricis , propaginibus , & pamphinis vinoſis , que tamēsi vocem nullam edant , arboris tamen laetitiam ob fructū aduenientem indicant . Ut vitis viridante , ac florida pompa vestita hyemis maſtrūm excludit , & lātam fructūm spēm sine voce hilaris adpiciēntibus ostendit ; sic spes , qua eft futuri fructus lātum prænuntium , infundit cordibus gaudium . Dauid implicatam arboribus syham incolens referatur in Domino confortatus ; *Confortauit manus eius in Deo* . Huius confortationis canſam Tex-tus subiungit : *Regnabis super Israēl* . Sultinebat molestiam , sed regalem sperabat coronam , & jam quodammodo prægustabat acclamations

faustas, vel cum anxias experiebatur miseras. *Spes* (aiebat *Suprà* datus Philo) ad id à natura comparata videtur, ut futurum bonum quasi pre-gustaret, idque animo commendaret, qui finiter possidere. Consonat noster Sanctius ad hunc locum: *Spes in arduo quantumcumque rerum confi-Elu confirmare debet languentes animos.* Latueret Davidis animus relipiens ad sylnam, nisi spectaret ad coronam; verum future coronae firmis spibus inuiictos animos opponeret adhuc laboribus. Promisit Deus Abraham legiuum problem, vbi audiuit, statim rifi non incredulus, sed jam futuro rifi quodammodo delubens. *Cecidit Abraham in faciem suam,* & risit. *Datus* Gen. 15. *v. 17.* Philo ait futurum Isacum, qui interpretatur rifi, jam quodammodo addele, à paremeque præsentiri, & ipsa spe possiden: *Risi merito, cum nondum satius videtur in mortali generis rifi.* Nec ipse tantum, verum etiam mulier rideat, pronuntiantur enim denuo. *Risi autem Sara in semiperfa.* Adde certa erat spes futuri rifiis, ut jam parentes gaudium prægustarent, & pregustando riderent: ergo Ionathas, id est, Columbe domum Daniadem confortat, dum futuram coronam in memoriam reuocat. O immortale glorie coronam attendant, qui varijs calamitatum fluctibus iactant adlaborant; sic enim labores emollient, & mellient.

§. X X I V.

*Magni amoris indicium est, si gaudent
tibi alium preferri, teque
postponi.*

Himno augmentis ipsis angetur. Ex manu Amor.
ecipinus (aiebat Seneca lib. 2. de Beneficiis cap. fridus.
27.) quo maiora venerunt, multique concitata
est agitatio in magnarum opum congesta collecta
ut flamme infinito acrior vis est, quo ex maiore
incendio emicuit, eque ambitio non putat quem-
quam in ea mensura, honorum conquefere, qui
quondam eius fuit impudens votum. Qui ambi-
tui olim arguebat audaciam, si ad concupis-
cuerit, non quiescit, sed maiori conatus mo-
ra exambit. Non respicit sapientia ambitio, quia
post se habeat, sed quos ante se sustinet. Se-
cundo loco ponit aegre fertur, quia eminere super
omnes cœcis votis desideratur. Opponit
Tertullianus lib. 1. ad Vxorem cap. 3. Ad pri-
mum locum certamen omne contendit: secundus
solarium habet, victoriam non habet: immo feci-
dus, et si plurimos antecedat, non tam solarium
habet, quam tormentum. Hinc mirandus est
Ionathas, qui generoso adeo amore Daniēlū
amplectebatur, ut primas illi desideraret, &
secundo se loco poneret: Cessit amor amīdias,
& dūm cessit, amorem generosissimum compre-
banit. Ita Abulensis quæst. 20. Aliquis dicit,
quid hoc dixit Ionathas ex affectione. Magna affi-
ctio, malle Daniēlū regnare, quā locum
sibi primum, ac debitum posidere. O quid nea
faciat vis amoris! Antea Ionathas, ut Daniēlū
nobilitaret, regalem exuerat tunicam, nunc ei
primatum cedens quodammodo exuebat ipsam
naturam, quandoquidem inglorium habetur
esse secundum. Zara manū retraxit, & fraxi
cessit: Illo verò retrahente manū egrisius est aler-
sus. In hac manus retractione aliquod Abulensis
suscipitur miraculum. Hoc à Deo factum est,
inquit Gen. 14.

inquit ad hunc locum. Si solùm attenderetur natura, nullatenus Zara cederet, sed primas semper ambiret. D. Thomas ad hunc locum in Zara Christi Domini agnoscit ænigma: *Per Zaram, quod interpretatur orientis, intelligitur Christus.* Christi referebat passionem fratris cedens, & secundo loco se poni patiens, immò Christi etiam erga homines referebat amorem fratris concedens primatum, & secundum sibi diligens locum: ergo jure Ionathas columbae domum interpretatur, quia magni, generosique erat argumentum amoris primatum concedere dignitas.

TEXTVS.

VERS. XVIII. Percussit ergo uterque fœdus coram Domino, manūisque David in sylva: Ionathas autem reuersus est in domum suam.

§. XXV.

Qui Christo Domino adiungitur, dum à plurimis deseritur, facile assequitur vota, & impetrat postulata.

Votum.
Christus.

Matth. 20.
v. 24.

A Mici frequenter inde fugiunt, vnde probabantur: si calamitas urget, si in contraria artem fortuna vergat, omnes aut periculum declinant, aut se periculi metu exonerant. Circa eueros ingens solitudo est; verum qui amico laboribus afflito adstat, dum veram ostendit amicitiam, majorem sibi conciliat benevolentiam. Hinc est, quod filiorum Zebedæi mater petitura pro filiis accessit, cum Christum Dominum crucifigendum audiret: *Tunc accessit ad eum mater filiorum Zebedæi cum filiis suis adorans, & petens aliquid ab eo.* Et cur tempus illud elegit, vt impetraret. Quia tunc ipsa humiliter adorabat, cum inimicus crucem pangebat. Audiēbat crucem: ergo tunc accessit, vt facilius impetraret thronum. Notauit Baillus Seleucensis orat. 24. [Vis mulieris fidem cernere? Supplicationis quare tempus: Quando libellum supplicem effert? quando postulationis tempus? Cuius erat parata, passio appetebat, Indeorum intructus erat exercitus.] O mulieris prudentia! Videbat Christum ad mortem à plurimis expeti, videbat exercitum in ipsum armari: ergo tunc accedens, & suppliciter adorans nil negandum sibi præsumpsit, & quidem n̄ desiderium minus rationi esset contentancum, assecuta fuisset feliciter votum, tempus namque gratiam conciliabat, & impretrandi quodammodo ius acquirebat. Quid enim non mereretur, qua Christo adhæret, quando totus populus morte dehonestare turpissima adlaborat. Ecce Ionathas secundum in Dauidis regno esse postulat: *Tu regnabis super Israhel, & ego ero ibi secundus.* Dauid annuit, & initio fœdus fixe stabilit: *Percussit ergo uterque fœdus coram Domino.* Ad hoc fœdus fuisse initum, vt scilicet secundus in regno esset, testatur noster Sanctius: [Hæc fuit eorum summa, quæ in eo congregatus est Ionathas, & cum petiſſet, vt cum rerum Israhitarum poteretur, ipsum haberet in regni administratione secundum, fœdus, quod erat inter illos ante per-

cussum, adhibita iterum, vt est verisimile, iustificandi religione, firmatum est.] Vide, quo tempore accessit Ionathas, cùm scilicet in sylva variis infidiliis impeditus, & adoratus à Saule contra ipsum exercitus: *Abiit ad Dauid in sylnam:* ergo cùm persecutionibus circumacto adhæret, & tempore adeo afflictionibus pleno occurreret, non potuit non impetrare, & initio fœdere, quod desiderabat, fancire. Felix ille latro, quod desiderabat, citissime obtinuit, quia confessus est Dominum redemptorem, cùm ferè omnes linguis percuterent, & blasphemias dehonestarent: *Dicebat ad Iesum: Domine mememento mei, cùm veneris in regnum tuum.* Quid tunc Dominus? *Hodie mecum eris in paradiſo.* Reliquorum infidelitas latronis fidem commendabat, & tempus ipsum, vt citissime impetraret, fauebat. *Vberior est gratia* (aiebat Ambrosius in Catena) *quam precatio: Citissime, & plus obtinuit, dum Christo Domino ferè ab omnibus spredo deuotè accessit.*

Luc. 2: 33
v. 45.

TEXTVS.

VERS. XI X. & XX. Ascenderunt autem Ziphæi ad Saul in Gabaa, dicentes: Nonne ecce Dauid latitat apud nos in locis tutissimis sylva in colle Hachila, quæ est ad dexteram deserti? Nunc ergo sicut desiderauit anima tua, vt descenderes, descende: nostrum autem erit; vt tradamus eum in manus Regis.

§. XXVI.

Apud seculum florentes Christi proximatatem auersantur, & virtutis inferire totis viribus adinstuntur.

Socrates interrogatis (Scribit Democritus *Felix*, apud Stobæum cap. 103.) quinam esset felicitas, respondit: illi, qui mentem bonam, & rationem *Virtutis* possident. Qui bona mente prædicti, & æquitate adorati, felices sunt; qui vero infanis appetitionibus inferiunt, qui vitiis vivunt, miseri sunt; vt etiam in horum censu locandi sunt plurimi ex his, quibus vulgus inuidet, & beatos, quia exterius resplendent, credit. Frequens non est opulentam fortunam cum bona mente conuenire, & à ratione non diffidere. *Sintillimus est* (aiebat Seneca epist. 47.) *qui hominem aut ex ueste, aut ex conditione, qua uestis modo, nobis circundata est, estimat.* Seruus est, sed fortasse liber animo. Adnectit: *Dabo confularem anicule seruientem, dabo ancillula diutinem: ostendam nobilissimos iuuenes mancipia pantomorum: nulla seruitus turpior est, quam voluntaria.* Apud seculum felices, & florentes vitiis famulantur, immò, quod turpis famulentur, à se longissime virtutem ablegare admittuntur; alios ad vitia trahit egestas, & nuditas, hi architectantur vitia, & se ipsis vident, vt properent ad scelerā. Hanc veritatem probant Ziphæi, qui non ferentes apud se comorari Dauidem, inde pellere cogitabant, vtque tradicerent, Säalem adierunt: *Ascenderum autem Ziphæi ad Saul in Gabaa, dicentes: Nonne ecce Dauid latitat apud nos in locis tutissimis sylna?* Et cur Ziphæi nullum à Dalide detrimentum

L 1 3 paffi

passi eum inlè depellere gestiant, & proximitatem fastidiant: Quia Ziphæi (inquit Rhabanus apud Gloffam) interpretantur florentes, vel germinantes: ergo apud saculum floridi, & fortunati nec virtutem sibi approximari permitunt, sed quām longissimè abigere gestiunt. Rhabannus audi: *Apud se latitatem David Sauli prodiderunt, & cum eo de morte eius tractauerunt.* Ziphæi autem florentes, vel germinantes interpretantur. Vide quales hi flores parturiant fructus, Regis desiderio adulantur, & Davidis necem moluntur. Et quid spores à florētibus, & vernantibus, nisi à virtute longi distare, & eius etiam proximitatem fastidire. Isaías idolatriam abolebant prenuntiant Damasci fortitudinem afferentia auferendam: *Auferetur fortitudo Damasci, & spolia Samariae coram Rege Assyriorum.* Itaque Damasci fortitudo auferatur, vt idolatria afferatur, quasi nequeat idolatria expungi, dum Samaria videatur flore. Prodest Tertullianus lib. i. in Marcion. *Idolatriam Samariae nomine notauit, ut ignominiosè ob idolatriam, qua descivuerat tunc à Deo sub Rege Ieroboam. Ieroboam inuenientis arietis coluit, & ad Dei templum iter quasi oppannis rebus impeditum. Virtus tuis prop iniquitate ab horruis Samaria, qua florida, & copiosis fructibus dinitata idola multiplicavit grauioribus implicata rebus, quia magnis affluebat felicitas prouentibus: ergo Ziphæi florentes, germinantesque Davidem circa se inhabitate non permiserunt, sed de eius necce studiose traçtarunt.*

15ai. 8. v. 4. Matt. 14.
1. 6.

virum religiosum, & ad mortem iniñst è quæscum, & qui latere poterat, prodiderūt, & se eum tradere miserunt. Confonat Lira: Patet malitia eorum, qui contribubile suum innocentem accusaverunt, & cum hoc ad tradendū eum proditoris se obtulerint. Gratias se obtulerunt, vtque hydropes laborantes, dum internum ardorem nequeunt copiosis potipibus restinguere, alios ad bibendum incitant, & amplos scyphos haurire obinxè rogat, ita Ziphæi ea pratinatis sitū laborabant, vt Saulen excitarunt, & ad Davidem persequendum quodammodo impulerint. Cum Rex de Davidis stirpe jam defuisse Herodis tempore, & prophetia Christum adesse clarissimè demōstraret, plurimi Herodem Christum esse afferbant, & pessimer hæc simile minabāt: Hanc ob causam Christo Domino aduersabantur, & necem eius meditabantur. Cūq; Pharisæi hæc Herodianorum delicia non ignoraret, nec vocati, nec spēbus vills allecti ad ipsos accesserunt, & ex ad�ela contra Christū cogitata incitarunt: *Exeunte Pharisæi statim cum Herodianis consilium faciebant aduersus eum, quoniam eum perderent.* Pharisæos igniculos iniecisse Herodianis, vtque contra Christum cogitata perficerent, suas operas promisuisse, tradit Theophilus in Catena D.Thomæ: *Hæc quædam nua surrexerat, quia Herodū Christū esse dicebat: prophetia enim Iacob innovebat, quod quando deferent Principes de Iuda, tunc Christū venirebant, & quia Herodis tempore nullus supererat Iudeorum Princeps, sed ipse solus regnabat alienigena existens; quidam ipsum esse Christū putauerunt: ipsi ergo*

§. XXVII.

Nonnulli gratis operas suas offerunt, quo alij
insana expleuerint desideria, & dete-
stanta perpetrarint peccata.

Opera.
PECCATIUM

Vllum vitium sine patrono est. Sunt qui luciferi spebus insana aliorum vota foverint, aut excitarint. Sunt, qui falsis nominibus illudant, & rerum natura quodammodo evertant: inter omnes tamē vitorum vernacula hi detestabili prauitate inneniantur infecti, qui nulla mercede infestati; nulla spe illecei operas suas gratis offerunt in aliena prauitatis suffragiū; & inlana appetitionis fo-
mentū. *Pl. lucida* & *Sp lendida* piōtore (inquit Plutarchus lib. de adulatore) *vmbrosis*, & *caliginosis* in-
tendunt, prop̄e admotis: ita contraria obterendo, inse-
stāndo, perstringendo, & deridendo celebrant, aluntq;
vitia quibus imbuiri sunt illi quibus assentātur. Itaq;
gaudent aliorū vitia aliore, immōdū suis operis oblati
ad effectū perducere. Ex horum cēsu erant
Ziphai, qui cūm non ignorarent Saulē in impla-
cibili odio contra Dāuidē furent, nulla spe pelle-
cti, nullis persuasionibus incitati operas suas ei
obtulerunt, ut Dāuidē innocuum, & caperet, &
occideret: *A*scenderunt autem Ziphai ad Saul in
Gabaa, discentes: *N*onne ecce Dāuid, latitat apud
nos in locis tutissimis sylva in colle Hachila, que est
ad dexteram deversi? *N*unc ergo sicut desiderauit
anima tua, ut descenderes, descendē: *n*ostrum autem
erit, ut tradāmus eum in manus Regis. Balaan im-
probis desideria Balac ad effectū perducuntur te-
tendit, sed maneribus jam corruptus, & ambitio-
fis honorum spebus infestus. Ziphai nec donis
prouocati, nec promissis illecei promittunt insa-
nienti Sauli Dāuidem tradere, & insana eius de-
sideria adiutur fovere. Notauit Iosephus apud
Glossam: *C*um nō malū sustinere potuerint, si Da-
uidē non indicassent Sauli propter blādimenta regia

TEXTVS.

V E R S . X X I . Dixitque Saul : Be-
nediti vos à Domino , quia dolui-
stis vicem meam.

§. XXVIII.

*Nunquam existimant Principes saepe
muneratum, quem explendis suis
insanis appetitionibus innuen-
runt idoneum.*

PREMIUM virtutibus debitam capiebantur. Primum
tiorum anteribus confar exhibuit. Qui vnde
magnum infans appetitionibus auxiliari,
qui gratis assentationibus superbum nuntiunt,
strenuis militibus praefertuntur. Hinc est, quod
plures operas suas offerant ad delicia, quia ma-
gna inde promiserunt fibi premia. Hac res alic-
bat Plutarctus de Adulatore. Romanus non al-
opulentas penè carent, & perdidicimus Antonium in-
xum, libidinosus, & insolentiam, res latet, atque humi-
nus indulgentis ei potentie, & fortuna blanda numi-
no Romani predicarent. Ex Romanis nonnulli
Antonij vitia fouebant, & dilandabant, quia An-
tonius Adulatores, & sua infans coadiutores
efferebat, & adiuvabat. Adnecebit Plutarctus:
Complures denique Reges nomine Apollinis, com-
cantillare: Bacchi, cum vino mersi sunt: si habent
miseritatem, et misericordiam, et misericordiam.

tur, dicuntur Hercules? Quid illis, si placeat, in omnem impelluntur à blanditiis infamiam. Dum adulator magnates deos appellat, ad vitia sectandi quasi adjectis calcaribus irritat, & dum virtus honesta depradicat, prudentiam de mentis aree deturbat. Ziphæi ut non erunt posse infana Saulis facta desideria fouere, ad ipsum inuoluntur, & strenuam se operam nauaturos promiserunt. Quid tunc Saul? Eos uti fidelissimos, & benedictos magnis dignos honoribus censet, & profert: Benedic vos à Domino, quia dolus vici meam. His verbis afferuisse nihil facis esse ad illud obsequium remunerandum testatur Abulensis quæst. 25. [Congandet Saul Ziphæis, & imprecatur eis benedictionem, quia voluerunt obsequi in eo quod ipse maximè desiderabat; id est tanquam ipsi non potens sufficiēter retribuire illis, pro obsequio, orat à Domino benedictionem super illos, id est, multiplicationem bonorum.] Ziphæos arbitratur nunquam satis remunerandos, quantumvis magnis eos premiis afficiat: quod si Ziphæorum meritum quartas, nullum aliud reperies quam industriam suam promisisse, vt Saul executabile aequeretur votum, & in lanum profus periceret desiderium. Ad Ziphæos remunerandos quævis præmia videbantur exigua, cum exiguæ strenuæ decertantibus exhibita latius viderentur magna.

TEXTVS.

VERS. XXII. Abite ergo, oro, & diligentius præparate, & curiosius agite, & considerate locum, ubi sit pes eius, vel quis viderit eum ibi: recognitat enim de me, quod callidè insidier. ci.

§. XXIX.

Nunquam otiadum, si hostem sustineas
potentia instructum, & multipli-
fraude armatum.

*Hostis.
Solicitude.* **Q**ui in hostili regione versatur, anxia sollicitudine semper vrgetur, cum vbique vrgeat periculum, vbique recurrentum est ad solertia vigilantis remedium. *Male constructio loci* tunc quaritur (aebat Cassiodorus i. variar. 17.) quando iam pericula formidantur. Cum pericula jam vrgent, ipse timor præpedit, & tarda pœnitentia otio inertii torpissime luget difficultatibus implicatis, & multiplici fraude circumventus. O quām est latum prouido studio hostis captiōs cluſisse insidias, & vigilantis solertia obtentas fruſtra pedicas! Vbi Ziphæi apud se Dauidem latitare Sauli denuntiarunt, eis perfusat, vt nulli labori parcerent, sed omni se in tanti ponderis negotio sollicitudine gererent. *Abite ergo, oro, & diligentius præparate, & curiosius agite, & considerate locum ubi sit pes eius, vel quis viderit eum ibi.* Sollicitam imperat diligentiam, diligenter requirit curiositatem, vt potè ad negotium arduum, & absoluī difficultinū. Et cur Saul sibi non promittat facile Ziphæorum industria Dauidem capiendum? Iam ipse refert: *Recognitat enim de me, quod callidè insidier ei.* Ac si dicat: cum David agnoscat magnis me viribus prævalere, omniq; insidiarum genere vti, ea sibi cœuet vigilancia, vt nulla nobis sit industria su-

perficia, nec cura otiosa: ergo nulli labori parcedunt est, alioquin nostra spes carebit effectu. Profecitd Saul cæcitate odij in Dauidis impegit suffragium, & nobis Dauid imitandum pæbet exemplum: quia se ab hoste doloso, magnisque viribus instructo agnoscebat ad necem quæsi, tutissimis locis se præmuniebat, & insomni vigilans fernabat. Innuī noster Sanctius: *Inbet eos callidè insustigare, quem locum subierit, ubi lateat, idque iterum atque iterum accuratè pronideant.* Cum enim (inquit) *suspicietur nihil ipsum omis- surū, vel virium, vel solertia, quo rādem illum in laqueum, & insidas trahat, mutabit sapientia locum, & alias, atque alias insitabilis, & erranti gressu latebras subibit.* Itaque ipsa hostis solertia, potentia ipsa erat quadammodo Danidi auxilio, quandoquidē prouido timore armata loca tenebat munitissima, & qua hosti forent incerta. Quis non incusat Dauidem, si vires, & solertia hostis agnoscentis somno se traderer, & deliciis indulgeret? ergo quisque suam conueniat conscientiam, expendatque qualiter se gerat, quando non ignorat insidiantis sibi dæmonis validam potentiam, & solertia semper astutiam. Ob id Apostolus Petrus aduersarij sauitiam, & potentiam adlaborat ostendere, quo omni vigilancia, sollicitudine neque nobis opus esse non possimus ignorare: *Sobrii estote, & vigilate, quia adversarius vester diabolus tanquam leo rugiens circuit querens quem devoret.* <sup>1. Petri. 5.
v. 8.</sup>

§. XXX.

Peccatores omni solertia curant, ne virtu-
rum occasiones labantur, virtutis assecle-
non adeò adlaborant, ut exercenda vir-
tutis occasiones elucrentur.

*P*lerique hoc opus (aebat Tertullianus de Pe-
nitentia cap. 10. ut publicationem sui, aut fru-
gere, aut de die in diem differre presumo. Adne cit: *Virtus.
Occasio.*
*N*e tu verecundia bona ad delinqüendum expandes frontem, ad deprecandum verò subducens. Nullum rubori locum peccatores faciunt, si occasio voluptratis invitet, nullum ignaviae tempus concedunt si ambitionis, aut cupiditatis occasio inflammeret; virtus differtur, dū opportunior occasio aut præsumitur, aut speratur. Perbellè Nazianzenus orat:
10. *In nostram perniciem fores sumus, & aduersus sanitatem nostram perii. Quām periti sumus ad temporalia acquirenda lucra, quām fortes ad labores perferendos, ut assequamur voluptuosa,* <sup>Virtus.
Occasio.</sup>

omni solertia immigilamus, ne occasio vitorum possit elabi, & detestabili vigilancia conamur implere. Vbi Saul per Ziphæos agnouit capiens di David opportunam occasionem adesce, nihil non tentauit, nihil non prouidit, ut asserqueretur votum, & p̄petraret delictum: *Abite ergo, ora, & diligenter preparate, & curiosius agite, & considerate locum, ubi sit pes eius, vel quis viderit eum ibi.* Quanta solertia omnia effugia studuit impeditri, quanta curiositate latibula inuestigari, quam celeriter iter arripi: & totum hoc, ne spe frustraretur regnum stabilendi, & amplificandi. *Vt non proficiatur* (inquit noster Sanctius) *in incertum, & iterum assumpti conatus, sicut ante sepe, cum ignominia, & dolore suo excidant inanes.* Cum agitabatur à dæmone, opus fuit abhortamenti, ut quereret medelam; hic summis precibus Ziphæos ipse abhortatur, vt Davidis impediatur fugam. Mirandus fuit ipsi cœlitibus Abrahā, cum filium in monte oblatum, seruos, quos secum duxerat, manere jussit: *Expectate hic cum asino.* Seruos noluit montem infondere, veritus, ne, si sacrificio interessent, humana moti commiseratione impeditrent: ergo, dum omnia impedimenta virtutis remonstratio pronidit, qui sumptuosis elegiis celebrantur, fuit dignus. *Nunc cognoui, quod timet Deum.* Prodest Oleaster hic ad mores: *Omnia relinquunt, qua ad immolationem filii possint impedimento esse.* Si enim serui viderent patrem puerum ingulare volentem, nonne eum senem delirum vocarent, etimque ab hoc, quod facinus puerant, prohiberet? Si alius esset Abraham, ægrè non ferret impediri, aut retardari: ergo dum, ut elucratetur sacrificij occasionem, omnia solerter auerterit impedimenta, cœlestia meruit elegia. Quantidudem de more est plurimis patienter ferre virtutis occasionem impeditri, ut ægrè vitorum opportunitatem elabi.

Gen. 22.
v. 5.

TEXTVS.

VERS. XXIII. Considerate, & videte omnia latibula, in quibus absconditur, & reuertimini ad me ad rem certam, ut vadam vobiscum; quod si etiam in terram se abstrusebit, perscrutabor eum in cunctis milibus Iuda.

§. XXXI.

Subditi, si agnouerint Superiorum inertiamcere ignavia, diligenti non obtemperabunt solertia.

Prinicipis ad exemplum totus populus componitur, & quæ in Principe agnoverit, imitatur. *Necessarium probatur esse aiebat, Caiiodorus 10. variar. Reipublicæ personas dignitaribus aptas eligere, ut cui iustitia committatur, malis moribus non grauerit. Alioquin inefficax est ab homine exigere, quod agnoscitur non habere: contra, confidenter queritur, quod inesse sentitur.* Esse nequit castitatis exactior, qui agnoscitur honestatis corruptor, nec à subjectis extorquere potest indefessam folteriam, qui in se ipso ostendit dormitatem ignaviam; sed licet hoc quanis in materia certum, in ea pricipue, quæ ad ipsum superiorem, aut

Principem spectat, inuenitur indubium. Quis enim miles laboriosas excubias agat, si ducem inerti somno oculos tradidisse cognoscat. Vbi Saul in tentorio dormit, Abner somno etiam oculos tradit: *Inuenierunt Saul iacentem, & dormientem in tentorio.* Quid tunc: *Abner autem, & populum dormientes in circuitu eius.* Nolebant subjecti laboriosas excubias agere ad Saulis tutelam, quia ipsum sceleri intrubabant ignavia, nec Saul auctor est Abnerum obdormire leuerē carpere, quia cum arguebat conscientia, & vocem eripiebat ignavia. *Inefficax est ab homine exigere, quod agnoscitur* (qui exigit) *non habere.* Ob id cum Saul Ziphæi, quibus se David teget, latibula curiosissime præcepisset vestigare, & ad se reuerti: *Reuertimini ad me ad rem certam, ut vadam vobiscum,* eos fecutus demutauit sententiam, & arripiuit statim viam: *Abierunt in Ziph. ante Saul;* nec contentus est iter arripare, sed licet profundis Dauid telluris vilceribus latitaret, se perscrutaturum afferuit, & extrahit promisit: *Quod si etiam in terram se abstrusebit, perscrutabor cum in cunctis milibus Iuda.* Inquires, cur non expectarit Ziphæi meliora notitia informatos ad se reuerti, cum factus videatur in incertum non tendere, ac caillis sudoribus laborare: Dubio respondebat Abulensis quod si etiam in terram se abstrusebit, perscrutabor cum in cunctis milibus Iuda. In defensam vigilantium, veritus, ne Ziphæi eum remancere palatio intuiri, in perfervendo Dauide torperent ignavia. Abulensiandi: *Saul a principio dispositus manere in domo, quod que Ziphæi offerret ei rem certam; postea tamen indicauit hoc esse inconveniens.* Praesumpxit in re ad se penitus pectante Ziphæi minus solerter se habitos, si ipsum viderent perscrutacionis laborem refuere, & palatijs otia secessari. Ergo mil hinc re laboris reculaturum promisit, ut viuidus Ziphæi accenderet. Subdit Abulensis: [Hoc autem dicebat Saul ad animandum Ziphæi, ut persequerentur Dauide, inquirentes diligenter, nam forte ipsi putarent, quod Saulem taderet laboris sylvarum, & nolet perquirere Dauid; id est etiam ipsi remisisti agerent inquirendo Daudem.] Cum tota illa cauta ad Saulem spectaret, etimque Ziphæi à solicita perscrutatione deficerent, ut tenetem ipsum viderent: ergo ostentauit alere studium, ut eis adiceret animum: *Nam cœlaster queritur, quod inesse sentitur.* Agnus ita refertur, cum spiritus in omnem terram misericordia proditur: *Agnus flantem tangit oscum, habens cornua septem, & oculos septem, qui sunt in fronte, prius spiritus Dei missi in omnem terram, & cœla, & accepit de dextera sedentis in throno librum.* Ecce non sedens spiritus mittat, sed ad aperteundum librum celeri gressu contendat: Profecit ut his nos actionibus instruat. Stercit, quia facit et habitus pugnantis, vel adjumentis, vnotum Antonius ad hunc locum: *Stantem, quasi laborem, & sanctis ceremoniis subuenientem.* Spiccas ritè exequenter mandata, sed vt nouerimus, quād oporteat subiectos exemplo Principis instrui, & ad gnatuerit labotandum accendi, cum agnus spiritus ad pernigiles excubias mittit, incolatus iniugilat, & cum ad peragrandam telurem delegat, ambulat: *Et venit, & accepit de dextera sedentis librum.* Ne à sibi injuncto mandere desicerent missi, mittentem judicem statim, & decerstantem sunt conspicari.

TEXTVS.

T E X T V S.

V E R S . XXIV. At illi surgentes abierunt in Ziph ante Saul. Daud autem, & viri eius erant in deserto Maon in campestribus Iesimon.

§. XXXII.

Non facilè dæmonis cedunt studia, si ab eo impeditus omnia mundi deponat impedimenta.

Damon.
Impedimen-
tum.
Tentatio.

Nihil melius, & tibi vitius facere quibus, quam si te periculis maturè eripere adlaboraris; eripies autem te, si quæcumque facili abieceris, & que videntur auxilia, agnoueris esse reuerà certissima impedimenta. Quid autem melius potes velle (scribit Seneca epif. 80.) quam eripere tu huic seruitui, qua omnes premis, quam mancipia quoque conditions extremae, & in his sorribus nata omni modo exuere conantur? Peculium suum, quod comparauerunt ventre fraudato, pro capite numerant. Vel extreme mancipia, dum inhiant ad libertatem, nouerunt ventrem fraudare, & quidquid reclamante fame acquisierunt, pendere; pecunia denudantur, sed gaudent liberi, qui dum potiebant peculio, gemitabant feru. Hac solertia vlos est etiam David, qui cum nec ignoraret Ziphiorum studia, nec Sanis odia, locum mutauit, & quidquid oneri esse poterat, prouidenter abiecit: *At illi surgentes abierunt in Ziph ante Saul: David autem, & viri eius erant in deserto Maon in campestribus ad dexteram Iesimon.* Hieronymus apud Hugo-nem ait Daudem quidquid sibi oneri esse poterat, in petra Hachila reliquise, expedioremque ad Maon deferta inuolasse. Itaque dum Saul, Ziphieique collata peruersitate cogebant delectum, David ad paupertatum, & generofi omnium rerum contemptus tutissimum confugit calixrum, & abiiciendo se faeculi onera conatus est enuare aduersariorum consilia. Audi Hugo. *Petra locus est quidam munitionis, ubi, ut dicit Hieron, depositus David, qui sibi erant oneri, & ipso, verobat in deserto Maon.* Et si Petra locus est munitionis, ibi David aliquibus rebus erat grauatus: ergo eti de loci tutamine non dubitaret, maluit omni onere abiecto campestria petere, quam praegruauit oneribus Petram incolere: nec sua eum fefellit opinio, quandoquidem in Maon omnes artes Ziphiorum, & Saulis vires elusit, & ni expeditus, fortassis quantumvis Petra munimina exhiberet, captus ingemisceret, & detentus: dum quidquid oneri esse poterat, abiiecit, manus aduersariorum evanuit. Quæ putamus commoda, insidia sunt: diffusculer dolos, frequentesque dæmonis absultus quibit effugere, qui ambitu, cupidine, & insanis aliis affectibus inueniuntur prægrauari. Saul copiosam manum adlegerat, Ziphæus iniquè operas narrat; verum David aufugit, quia onera mundi depositus: *Depositus David, qui sibi erant oneri.* Qui reliquit Sindonem, insidianum manus evanit; *Nudus profugit ab eis.* Aufugit nudus, ne haberet unde appetenderetur vestitus. Opportune Hieronymus in Catena: *Sicut & Joseph reliquo pallio nudus de manibus impudica famina aufugit.* Qui vult diabolicas artes eludere, quidquid grauat, ab animo conetur prorsus Eman. de Naxera in Reg. Tomi II.

amandare, aliter namque ingemiscet cupiditatibus, ambitionis captiuus.

T E X T V S.

V E R S . XXV. Iuit ergo Saul, & socij eius ad quærendum eum, & nuntiatum est David, statimque descendit ad Petram, & versabatur in deserto Maon: quod cum audisset Saul, perfecutus est David in deserto Maon.

§. XXXIII.

Qui vult prætenso à dæmone laqueo effugere, ad superna semper conetur ascendere.

Nulla sollicitudo in alio est (aiebat Seneca *Lacrymus*. *Nepist. 80.*) etiam si qua incidit cura, velut nubes lenis transfit. Ad demissâ loca, & humilia confluent torrentes, asperos, elatosque silices tangunt, sed excurrunt. Gigas ille procerus lapidis iste in valle prostratus est: lapis ad alta violenter dirigitur, ad ima sponte defertur. Forte si Gigas in montis cacumine staret, lapis infirmior perueniret, toto pondere in valle stantem percussit, & percussum deiecit. Ergo David vbi audiuit inimici aduentum, humilia statim deseruit, & ad superna immolavit: *Statimque descendit ad petram, & versabatur in deserto Maon.* Illud *Descendit*, idem valet ac *confugit*, quandoquidem tam non erat se densis vallis arboribus implicare, & salebrofis tractibus impidere: ergo editissima montis cacumina tenuit, vnde quoctuis hostiles motus possit prenoscere, & mature sibi confulere. Ita noster Sanctius: *Necque id latuit Davidem, quare è locis demissis, atque campestribus statim ad petram, id est, ad montis commoda fastigia confundit.* Ad petram, hoc est, Christum, se contulit, humilia deseruit, & quo velocius superna adibat, facilius pericula etiam vitabat. Capimus sapè ab anima hostibus, quia reuerà humilia, & deserenda relinquere nolumus, immò eistenacter inhæremus: alter diuitiis detinetur, alter insanis amoribus irritatur; alter ambitionis vinculis illigatur. Dæmonis contra nos adiuvamus consilia, utque facilius capiamur, studiosè iniiciimus nobis impedimenta. Pharao, ut secum Iosephum detinere, splendida floscula induit, & torqueam auream collo iniecit: *Vestinit eum stola byssina, & collo torqueam au-* Gen. 41. *rean circumposuit.* Philo in torque illa agnouit v. 42. *vinculum. Iplum audi lib. de Ioseph. Torques aurea non ad gloriam solim, sed & ad panam perire videatur.* Torques aurea vinculum erat, quo in Aegypto detinerebatur, & dum collum ornabat, etiam ad terram, ne lejeret oculos, deprimebat. Omnia ista, quæ miraris, ad quorum splendorem stupes, externa sunt corporis ornamenta, sed interna, & quidem strictissima cordis vincula. Zachæus, vbi corde fouit videndi Christum Dominum desiderium, incendit arborem, & quidem fructu parentem: *Ascendit in arborum sicomō* Luc. 19. *rum, ut videret eum.* Ut videret Christum, auram v. 4. transcendit, despexit terram, & ubi despexit, videt. Prodeit Titus Bostrensis in Catena: *Duo erant impedimenta huic visioni, nam retardabat tum populus, non tam virorum, quam pecca-*

M m torum

Excurſ. Moral. Pars II.

274

torum; erat autem parvus statura: quonque terrena reliquit, erat pusillus; ubi reliquit, altissimus exequari posuit. Consonat in Catena etiam Beda: Pusillus revera relinquo, & arborem crucis ascendens, turbam obstantem transcedit. Non sine grandi misterio Christus Dominus, qui in templo nunquam potuit capi, hortum capiens contendit: Egressus est cum discipulis suis trans torrentem Cedron, ubi erat hortus. In Thaboris vertice luce vestitur, in horto, & Cedronis valle vinculis premitur, quo nos edocet non distare a deliciis, & hortis vincula, & frui claro splendore superna.

Ioan. 18.
v. 1.

T E X T V S .

V E R S . X X V I . Et ibat Saul ad latum montis ex parte vna: David autem, & viri eius erant in latere montis ex parte altera: porro David desperabat se posse euadere à facie Saul: itaque Saul, & viri eius in modum coronæ cingebant David, & viros eius, ut caperent eos.

S. XXXIV.

Imprudenter presumit periculum euadere proximitate vicinus, cum prudenter timet longa distantia protectus.

*Periculum.
Fortuna.
Manus.*

Vitia contactu nocent, & pericula vicinitate sollicitant: verum sunt, qui sibi implicant, & reclamante conscientia falsam securitatem effingant. *Multa extra sunt (aiebat Seneca epist. 82.) qua circumneunt nos, quo aut fallant, aut urgeant: multa intus, qua etiam in media sollicitudine existinant. Philosophia circumdata est in expunctionibus nurus, quem fortuna multis machinis lacessitum non transit. In insuperibili loco stat animus, qui externa deseruit, & arce se sua vindicat: infra illum omne telum cadit. Non habet, ut putamus, fortua longas manus, neminem occupat, nisi herentur sibi; itaque quantum possumus, ab illa resistamus. Expedit resilire, sed contingit inhærere. Aduersus ipsam se oculis ingerente in veritatem variis cauillationibus vtrum, & periculis spōtē irreciti securitatem nobis promittimus. David suis hanc factis edocet veritatem; nam cūm delectum in campum Saul produxit, & cluīsa montium superalset, toto interiacente monte fugiebat, & nihilominus desperabat: *Ibat Saul ad latum montis ex parte una: David autem, & viri eius erant in latere montis ex parte altera: porro David desperabat se posse euadere à facie Saul.* Mons totus diuidebat aduerarium, David sollicito, anxioque conatus adnivebat eludere ambitiōsum eius studium, & nihilominus non spondebat sibi seueritatem, immo prudenti timore se adurgebat, & celeriter verius contraria partem innolabat. Notavit Abulensis quest. 30. *Saul era in latere montis ex parte una, in qua non erat David; nam David descendebat ad illud latum montis, quod magis distans erat à Saile, ut per illud posset euadere.* Consonat noster Sandius. *In eum igitur locum totam aciem corripuit Saul, qui sic accessit propè, ut tantum mortis interposita moles virumque dīderet. Montis tota moles virum ab altero se-**

parabat, & nihilominus David prudenter extimescebat: quod si longa adeo distantia protrectus timet, quid faceret, si mons nullatenus separarit? Vnde mirandi sunt, qui non adēd, vt David, fortis periculis vicinatur, & spebus euanidis, ac stultis prorsus innituntur. Dum gloriolam quondam Babyloniam ardentissimum circumiret incendium, qui longè stabant, amarè lugebant acri timore corrupti, & pauidi timore percussi: *Longè stan- Apoc. 11.
tes proper timorem tormentorum eius, Celetis v. 10.
vox admonet propinquos fugam, & eorum denotat admonitione ecclissimam imprudentiam. Audiū aliam vocem de celo dicentem: Exite de illa popule meus, ut ne participes satis delictorum eius, & de plagiis eius non accipatis. Quanto stupore tenebantur, qui propinquabant incendo, quando longissime distantes adhuc urgebantur periculo: distantissimi verebantur anhelantibus flammis adūti, & vicini sibi persuadebant, vel incendi fumum evadere. Exite (inquit Anselmus) opera eorum ne facias. Ni exeat, facient: ergo in contraria partem oportet flectere, ni velint adūti. Consonat Interlinearis: Longè stan-tes, quia vellent fugre, si possent. Adiūcipiant etiam Ambroſiaſter: Stanbū igitur longe mente, & voluntate. Timor mente, & voluntate longe recendentium defidiā, stultitiamque arguit appropinquantium. Sibi ipsi non constitut Petrus; nam cūm à Christi Domini aduersariis dolos prætendit non dubitet infidis, montisque delegisset recessus, quo fructare quiret conatus: Bonum est nos hic esse, non multo Minus, post se presumpti, & in Sacerdotum Principiis domum periculis propinquauit incans, vnde contigi, vt negaret infidus: Quidam cūm Iesu, vidisset quadam ancilla sedentem ad lumen, & eum fuisse intuita, dixit: Et hic cum illo erat. At ille negauit eum. Timor, qui montis delegat latebram, condemnabat anhis imprudentiam, quandoquidem si longa adeo protectus distantia trepidabat, se periculis immobile non debuerat; verum non semel plus timeat, qui à periculis remotor, & intrepide præmit, qui discrimini vicinior. Sebat Sorba insidiari ei (scribit Origenes in Catena ad Mattheum 17.) cogitat etiam, quod Elias ubrat, qui in monte igitur descendere fecit, & Moses, qui intrauit nebula, & Deo loquens. Vnde occulati poterant, ut nullus periculum sciret, ubi essent. Saul remotus adiungebat, quod discrimini obviaret, ancilla, & præsumpsit inter hostes subiurum nullatenus detrimenta; negatio tamen ostendit non non fuisse periculis proximare, quando vel dilatuit timere.*

S. XXXV.

De propriis viribus desperare, est sibi auxilia celestia adscire.

Sibi inuidet, qui de propriis viribus anderūt. *Ester præsumit. Qui securus agit (aiebat Terullianus de cultu femininarum capite secundo) non est sollicitus, non possidet tutam, & firmam securitatem, at qui sollicitus est, is verè poterit esse securus. Præsumptio enorme est virtutis faciūnum, quia dum sibi promittit non bonam securitatem, salubrem eneruat sollicitudinem, & non*

Timor. non timet, sibi non cauet. *Qui presumit* (inquit Tertullianus) *minus veretur, minus preconuet, plus periclitatur.* Timor fundamentum salutis est, praesumptio impedimentum timoris. Econtra, qui de se nullatenus praefunxit, totam in Deo spem collocat, & opportuna de se diffidendo auxilia matura. David manu fortis, tot, tantisque triumphis coronatus, arcta à Sauli obfusione cinctus desperat se posse evadere: *Porro David deferrabat se posse evadere à facie Saul.* Non desperabat à Deo posse eripi, sed suis viribus posse evadere: *Deferrabat se posse evadere, id est, agnoscetabat nullas sibi vires ad acies oppositas euentandas, aut superandas: ergo dum nihil de se presumpsit, praesentaneum, ac celeste subsidium habuit; nam aduentum imperatus nuntius, qui Philistinorum aciebus quam celeriter occurserunt Saulum admonitus, ni grandi strage suos disperire vellet, nuntioque perculsus, quam iam in manibus habebat, praeclaram reliquit, & sic David periculum facile evasit.* *Reuersus est ergo Saul desponsus persequi David.* Inniuit Lira: *Certus erat de impletione diuina promissi, sed deferrabat se posse evadere.* Coelesti promissione fidebat, sed de propriis viribus desperabat, ipsaque de se diffidentia cœlestia maturauit auxilia, & dum non presumpsit, evasit. Cùm Dominus longum cum discipulis de morte sibi imminentि sermonem texisset, & ne infirmi, sed spontaneum pati præsolarentur, futura indicasset, Petrus plus, quam fas erat, sibi fidens siebat: *Eiam si oportuerit me mori tecum, non te negabo.* Unicus fuit, qui negavit, qui mortis timore ab statione non detur bandum promisit. Cito cecidit, qui fragilitatem suam non bene agnouit. Notauit August. serm. 24. de tempore: *Petrum paululum Dominus subdeseruit, ut in illo totum humayum genus posset agnoscere, nihil se sine Dei gratia prævalere.* Humanum robur plus laßescit, dum sibi plus fecit: ergo negavit Petrus, quia propriis viribus fissus; David evasit periculum, quia viribus propriis non fretus.

§. XXXVI.

Qui pro virtute alacriter subiuit periculum, desperatis in periculis Deum sortietur sibi patronum.

Virtus. *Periculum.* Fidelis est Deus, nec permitit seruos suos captiosis aduersarij dolis capi, si non deterrarunt alacriter pro virtute periculum subire, & cum aduersario manus conserere. *Intelligite* (aiebat Cairodorus 10. variar. 18.) *quid excoegerit consolatorium Principis pro vobis ingenium: defenso vos obfides, ne manus inimica circumdet,* & a periculis excipimus: *Aequum erat à periculis eripere, quos nouerat Princeps pro eius gloria periculum non timere.* Ecce cùm nullus è toto exercitu probaretur, qui honorem Dei vindicaret, & cum Gigante congregati auderet, David alacriter duellum arripit, & in campum armatus fiducia prodit: *Vadam, & pugnabo aduersus Philistheum.* David pro religione, fideque durum illud certamen inire non timuit, & ipsa alacritate hostem non solum deterruit, sed vicit. Huius facinoris merces fuit Saulis manus effugere, & hospitare gaudere: nam cùm Saul copioso militi montem, quo David latitabat, cingeret, nec humanum auxilium susppereter, Deus misit Angelum, qui ab eis angustiis Daudem trepidanter eriperet, & in libertatem affereret: *Saul, & Eman. de Naxra in Reg. Tom. II.*

Præsumptio. *viri eius in modum corona cingebant David, & viros eius, ut caperent eos. Nullus erat, qui opem Dauidi ferret, & à præsentaneo discriminé liberaret; verum Deus, qui Philistinorum irruptionibus citissimum subuenientum affereret, nuntium misit, & iam Saul, ut copioso militi occurreret, receptu cecinit: *Et nuntius venit ad Saul, dicens: Festina, & veni. Nuntium hunc fuisse à Deo misum Angelum, testantur Interpretes. Ita Abulensis quæst. 32. De isto nuntio dicunt aliqui Indi, quod erat Angelus. Premiserat: Ex omniparte David, & viri sui conclysi erant, ita ut non maneret eis locus effugiendi nisi per miraculum, & sic factum est.* Hebreis omni humano auxilio destitutus attulerat David opportunitum auxilium: ergo ei omni ope humana nudo subvenit etiam miraculum. Et quomodo denegaret Deus opem afflito, quando ipse ob Dei honorem truci occurrerat aduersario: Deum est fortis patrouum, quia pro Dei gloria deuotarum periculum. Moyses, & Aaron exolu populum depofebant, & subire labores non recubabant. *Ingressi itaque Moyse, & Aaron ad Pharaonem, ficerunt sicut præcepérat Dominus.* Postea ut popularem seditionem, tumultumque euaderent, ad Dei tabernaculum inuolarunt, ibique experiunt sunt tutissimum Dei auxilium. Moyses, & Aaron fugerunt ad tabernaculum feederis. *Qod poliquam ingressi sunt, operuit nubes, & apparuit gloria Domini.* Grauissimo Moyses, & Aaron adiungebantur periculo; a suis magis, quam ab Agyptiis sustinebant detrimentum, adiungit tamen, quia eos protegeret, nubecula, & resplendit Numinis gloria: *Apparuit gloria Domini.* Et cur modo Domini appareat gloria, cùm eos defendit nubecula? Quia cùm Moyses, & Aaron duros pro Deo, & populo deuoravissent labores, & subiissent calamites, Dei erat gloria opportunitum ostentare patrocinium, & præbere tutamentum. Ita Oleaster hic ad literam: *Visa est gloria Domini, id est, nubes illa, in qua Dominus occultabat se; veniebat enim Dominus ad prægenden dum seruos suos.* Non poterat diuina protectio Moysi, Aaronique deesse, quando ipse pro Dei honore, & afflito populo duros labores non detrectarant subire; nam qui ob Numinis reverentiam cum difficultatibus colluctantur, opem diuinam ecce in difficultatibus expectantur.*

T E X T V S.

V E R S . XXVII. & XXVIII. Et nuntius venit ad Saul, dicens: *Festina, & veni, quoniam infuderunt se Philisthi super terram.* Reuersus est ergo Saul, desistens persequi David, & petrexit in occursum Philistinorum: propter hoc vocauerunt locum illum petram diuidentem.

§. XXXVII.

Sepè Principes Rempublicam præsidio nundinant, ut affectionibus insanis deseruant.

S ēpē fuit hostibus commodum insanum gubernantis Rempublicam desiderium; nam *Principis Arma. Cupidiās* M m 2 dum

dum totus huic rei impenditur, Respublica opportunis iocundinibus denudatur. De Lutio Druso sic Sen. de Breu. vite c.6. Quo non irrumperet tam immatura ambitio? Scires in malum ingen, & primatum, & publicum easuram illam tam procoquam audaciam. Dum Liuus superbia, ambitionique sue adulabatur, æquitas corrumpebat, ingentissimoque Respublica incommmodo laborabat, quia Drusus suis affectionibus inferiebat. Saul etiam, dum copiosum delectum cogit, & implacabilis in Davidem odio blanditur, Philistheis, ut Israelitarum ditionem devastat, opportuna occasio præbet. Ut noui Philistheus Saulem copiosis aciebus, ut Davidem capiat, in campum prodire, aggressus est armis nudum populum depradari, & quidem, ni opportunitus nuntius grauissimum imminere periculum admonuisset, Philistheus regionem omnem valsat: Et nuntius venit ad Saul, dicens: Festina, & veni, quoniam infunderunt se Philistheis super terram. Huus irruptionis fuisse causam præsidio denudatis populum, ut Davidem caperet, & suis insanis votis pareret, testatus nostrarum Sanctorum: Quo tempore ut hostem suum Davidem opprimeret Saul, regnum totum à militari præsidio nudauerat, eruperunt ipsi de finibus suis, ut Hebreworum fines late depredati copias in regionem suam reportarent exuñas. Ecce quia Saul iniqua affectione ducitur, Philistheus opportunam occasionem naeū tellurem sine obice deprædat, & ni citò occurreret, fortasse Saul irreparabile dampnum legeret. Arma sunt hostibus regentium nimiae delicia; nam exarmata relinquuntur regna, dum tota deliciis, voluptatibusque impenditur cura. Balhafar, qua nocte interfecetus est ab hostibus, opiparam instruxerat coenam; idolis suis adulatus, defensionis regni defiebat oblitus: Bibebant vinum, & laudabant deos suos. Non attendebat armatas aduersariorum iam phalangas irrumpere, quia totam attentionem sibi rapuerant idola, & cœna. Ita Hieronymus apud Glosam: Iosephus dicit, obessa Babylonè à Medis, & Persis, Balhafar Regem Babylonum coniunctionem iniret. Medus, ut agnouit delicias Regem occupatum, & idoli sui obsequiis prorsus deditum, occasionem arripuit, & ciuitatem victor intravit. Fortè penita à Republica tributa profundebantur, non ad conferuanda præsidia, sed ad exornanda idola, & celebranda coniunctione ergo Philistheus irruptionem tentauit, quia Saulem insanis occupatum affectionibus nouit.

S. XXXVIII.

*Ipsum quod exhibisti Domino obsequium,
salutare inuenies tibi profugum.*

Obsequium. Merito testimonium solutionis securitas dicitur Profugum. (aiebat Cagliodorus 11. variarum 7.) de qua non solum animus, sed substantia communitur. Quod Deo obsequium penditur, offerentes virtutati applicatur, & offerenti proficit, quod Numinis venerationi deseruit: sibi pro tempore opportuno repositum, quod pietas, & religio Numini obsequium exhibuit. Lucrosa negotiatio est habere Dominum debitorem, quandoquaque

dem certum est apto tempore magnis cum vñis reddere, quod in Dei honorem agnoscat. Iam David capiendus erat, nulla iam effugij spes aderat, ni Saul, ut communis occurseret, licet iniitus Davidem perfeci qui destitisset, & subuenire suis properasset: Reversus est ergo Saul decessus persequi David, & perrexit in occursum Philistinorum. Notauit Caetanus à præda, quam habebat in manus, abstinuisse, vt boni Principis munus impleret, & impendiens Reipublica calamitati obviaret, maluit vim sibi inferre, quam Rem publicam præsidio nudam reliqueret. Caetani verba sunt: Boni Regis officio functus est, proponens bonum publicum priuato. Ut publicam saltem tueretur ardenterissimum, quo furebat, odium repressit, & in aliud tempus distulit. Utque Textus nobis vñiles eruditioem tradaret, notauit Petram vñum ab altero diuississe: Propter hoc vocuerunt locum illum Petram diuidendum. Iaque Petra erat Saulis conatibus grande obstaculum, Davidis afflictionibus secundum profugum. Iam si inquiras, cur David inuenienter in Petra saltem? Respondebit Textus, Petra dexter funda rotata pro religione, & populis libertate deiecisse olim Gigantem: Tilio vñnum lapidem, sup. c. 6. & funda recit, & circumducus percussit Philistheus in fronte. Petra vñus est, vt Religionem vindicaret, & à populi ceruicibus iugum auerteret: ergo Petra Saulem diuissit, & Davidis libertatem afferuit. Notauit nostrarum Sanctorum: Cur lac Petra talera naeū fuerit compilatum, meo iudicio illa est non lenis ratio, quia illa in medio duorum castrorum interiecta ea dissimilat. Petra interiecta era Davidis secundum, qui Petra religioni David exhibuerat obsequium: invenit opportunissimo tempore in Petra assulm, quia Petra vñus deicerat monstrum. Cum Aaron ambitios tumultibus oppugnaret, iubet Deus virgas tributum accipi, ut flares frangi eloquentia eligendum defingat. Aaronis virga florida venustate eius virtutem ostendit, & non sine magno incremento amulantum querulas lites dissoluit: Inuenit gemmam, nasse virga Aaron in domo Levi. Cum facile Deum fuerit alio signo eligendum offendere, quoniam Interpretes, cur virga voluerit esse Aaronis dignitatis testimonium, & procacium linguorum frenum? Sors coelestis designauit Sandom ergo fors designet Aaronem. Expende Aaronem virga vñus fuisse ad dracones magicos demrandos, & Israëlitas in libertatem afferendos: Deorum virga Aaron virgas cornu. Ergo vñl. nosceremus virgam calamitudo tempore vertutis Aaronis auxilium, quia virga vñus fuerit ad Reipublice, & religionis obsequium iussi Deus virgas desumi, & hanc præ aliis virgam voluit efflore. Nescias, an sumptuosus facit miraculum, linguaes, ambitiosusque regnare, quām dracones magicos deuorare. Nescias an difficultius fuerit externorum vires frangere, an cognatorum artes eludere. Invenit Gregorius lib. 14. Moral. cap. 29. Virga Levi viris, & quid viri uis Aaron in munere habet, ostendit. Ecce Aaroni virga opportuno tempore fuit auxilium, quia virga Numini populoque exhibuit obsequium.

CAPVT.